beorũ añ.ʒ.j.misce ⁊ fiat electuarium. Istud electuarium non est in vsu apud nos.

¶ Oua fm Auic. meliora sunt oua gallinarũ recẽtia. ⁊ melꝰ qõ est in eis est vitellꝰ: ⁊ melꝰ eorũ artificiũ est vt nõ cũ alio cõgelent: post aũt oua gallinarum sunt oua anũ q̃ cursu eꝰ pcedũt sicut antẽdarã. ⁊ adorã. ⁊ alcubugi. i. perdicũ: ⁊ attenuati. oua ꝓ anatis ⁊ similiũ sunt maiꝰ humoris. Sera. dicit. ex autoritate Hale. illa q̃ eligimꝰ sunt oua gallinarũ. nõ ergo opʒ q̃ narremꝰ naturã aliorũ fiat cõfectio solida cũ aq̃ matricarie in rotulis ouorũ. qꝛ natura eorũ est eadẽ natura istorũ ⁊c. Rasis aũt in tertio almansoris in. c. de aliis ouis ait. oua plus oibus conuenientia galline sunt ⁊ perdicis ⁊c.

Electuariũ de lepore combusto. ℞. lapidis iudaici ⁊ spongie añ.ʒ.j.pulueris leporis cõbusti ꝑm artẽ.ʒ.ij. spẽrũ electuarij litõtripõ descriptiõe Nico.ʒ.ij.ʒuc. scõ decoctionis. ℥.iiij.cum aqua saxifragie fiat cõfectio in rotulis. i. in forma manꝰ xpi. Istud electuariʒ non est in vsu.

¶ De lepore Aui. in. ij. cañ. duo capitula facit vnũ de lepore siluestri. aliud de lepore marino: quẽ q̃dã existimãt ẽ cuniculũ quẽ dixit Aui. esse aial ostracũ lutosum. de clinãs ad rubedinẽ aliquãtulũ inter ptes cuiꝰ sunt que dã silꝛia solus alusnẽ. i. herbe sꝛhali. illũ vero quẽ hic intelligimꝰ est ille qui oibus est notus. de modo cõburendi vide supra in electuario de cineribus.

¶ Litõtripon. i. cõterẽs ⁊ frãgẽs lapidẽ interpretat: descriptio ipius posita fuit supra ex intentione Nico.

Electuariũ de sebestẽ. ℞. sebestẽ recẽtis. ℥.v. infundank in li.j. aq̃ violarũ. ⁊ bulliãt. Deinde colek. ⁊ predicte colature addak aq̃ yris. i. ireos ⁊ ãgurie añ. ℥.vj. tamaridorũ. pruno ꝓ siccorũ ꝓtusorũ. añ. ij.v. violarũ. seminũ cõiũ frigidorũ añ. ℥.ij. succi mercurialis. ℥.iiij. coquank simul vsq̃ ad cõsumptionẽ medietatis: ⁊ fortiter exprimank ⁊ colenk ⁊ colature addatur penidiorum. ℥.viij. diaprunis non solutiui lib.j. ⁊ ʒ. pul. diagredij. ʒ.iij. misce et fiat electua.

¶ Istud electuariũ apud nos nõ est in vsu sed in medio lano vtunk ipso. Scias q̃ ego vidi ꝑdictũ electuarium scriptũ: sed nõ apud auctoꝛẽ autẽticũ. ⁊ ibi ingredik q̃dã herba q̃ notatur chachile. quã Bartho. in sua descriptiõe nõ hʒ: tũ si esset aliqs q̃ vellet eã ponere declarabo q̃d sit. chachile est q̃dã herba q̃ reperik in ptibꝰ rome in loco q̃ vꝛ correctũ: folia hʒ silꝛia vmbilico veneris: ⁊ hec a modernis foldanella vocat. et est alia species achachile habens folia silꝛia vermiculari: ⁊ nascitur in sterquilinis locis: ista vero non est ita nota vt altera.

¶ Sebestẽ. i. mãmilla canis. Sera. c. de sebesten narrat arborẽ ipsorũ ⁊ de fructu ipsius dicẽs q̃ mochatica est rech in arabia. ⁊ est arbustũ altũ supterrã habẽs corticẽ cuiꝰ color vergit ad albedinẽ: ⁊ fructꝰ ipsius est sicut granã oliue. iste fructꝰ colligitur ⁊ exsiccak donec corrugetur et est illud quo vtuntur in medicina.

¶ Aqua violarũ intelligitur est illa que fit ex floribus violarum per sublimationem in alembico.

¶ Anguria est melon magnus viridis qui apud Auic. in. ij. cañ. vocak batega. in ꝓpe antiquo in ꝓbus nostris nõ reperiebantur sed hodie deferunk ex venetiis.

¶ Mercurialis est herba satis nota. hec apud Dia. vocak linozestis galenus etiã in septimo simplicũ dicit linosistia. i. mercurialis. Pli. linosestis siue paternius a mercurio inuentus est: ideo apud grecos ermiporona dicitur. nã multi ex nostris vocant mercurialem.

¶ Diaprunis vel Diamascon a prunis damascenis. descriptio ipsius est posita superꝰ autoritate Nico. ⁊ ibi videbis q̃ fit sine diagredio ⁊ cum diagre. illud vero quod fit siue diagredio appellatur nõ solutiuum. qñ fit cum diagredio appellatur solutiuum.

Electuariũ de polipodio ad melãcoliã. ℞. anisi ligritie. dauci seis leuistici. ameos floꝛ eupatorij añ. ʒ.j. ℥. acori. i. zinziberis. cinamomi. croci añ. ℈.ij. semis aneti. petroselli. apij. añ. ℈.j. hermodact. ʒ.j. ℥. turbith. ʒ.vj. diagredij. ʒ.iij. polipodij q̃rcini. ʒ.ix. thimi epithimi añ. ʒ.v. lapidis lazuli. hematitꝭ ꝓpatorũ añ. ʒ.vj. penidiorꝰ. ʒ.iij. ʒuc. li. iiij. coquãk ʒuccarũ ⁊ penidij cũ aq̃ sublimatiõis ireos vsq̃ ad decoctionẽ ʒuccari ⁊ fiat cõfectio solida: poteris ẽt facere i forma liqda ad modũ electuarij: deinde ʒuccaro liq̃facto addãtur pulueres. Istud electuartũ non est in vsu.

¶ Polipodiũ aũt dictũ est a similitudine flagellorũ polipi piscis in eminẽtiis q̃ sunt in ipsis flagellis seu pectibus: sed pedes dici pñt. nã radicibꝰ polipodij sunt files eminẽtie. vñ polipodiũ quasi poltpes. Dia. dicit q̃ polipodiũ nascit in parietibꝰ humectis ⁊ in ripis ⁊ circa radices arborũ vetustarum ⁊ in querẽtibus: ⁊ propter id dicitur polipodium querẽtinum hoc quidam herbatici liquirtiam siluestrem vocant.

¶ Hematites. i. lapis qui dicitur ematites: siue sanguinaris hoc lapide pictores vtuntur.

¶ De confectionibus ac electuariis secundum Nicolaum florentinum.

Confectio diacartami in sermone scõo in ca. de cura emitritei vʒi euacuatiõe cholere ⁊ flegmatis. ℞. spẽrũ diadragãti frigidi. ℥.j. carniũ citoni. ℥.ij. ʒizi. albi. ʒ.j. medul. cartami. ℥.j. ℥. turbith electi. ʒ.ij. diagredij. ʒ.v. mãna granate: mellꝭ rosati ad solẽ purificati añ. ʒ.iij. ʒuc. albi. ʒ.xv. fiat cõfectio in bolis quorũ vnus q̃s sit. ℥.iiij.

¶ Hec confectio apud nos non est in vsu. de argillata in capitu. de podagra: siue gutta habet vnam aliam descriptionem que eadem est. lumen mole lucens describens hanc confectionem dicit eam esse magistralem cũ non sit: vt eius descriptionem sibi vendicaret: et quidem indigne.

¶ Cartamus est crocus hortulanus: cuius flos tingit sericum: cius semen inter laxatiua ponitur hoc gineus vocat greciis Diasc. vero cinicum. Auer. in quinto col. dicit eleratis alcartamum. idest semen papaga. ego credo quod vult dicere quia illud animal quod vocatur papaga comedit ipsum libenter. Mesue de ipso loquitur dicens. meliꝰ est illud quod est album et planum et grossum et plenum cuius medulla est vnctuosa pinguis ⁊c.

Electuariũ sublime cõseruãs sanitatẽ oculorũ: ⁊ ꝓfortãs spiritũ visibilẽ i claritate sua in. lib. i ij. in. c. de custodia sanitatis oculorũ: ⁊ de iuuãtibus ⁊ nocentibꝰ oculis. ℞. herbe adhil. ℥.ij. seminis feniculi. ʒ.j. macis cubebe. cinamomi piperis longi. gariofilorum

añ.ʒ.j.pistenk ⁊ cribellenk:⁊ accipe mellis dispu.lib.j.succi feniculi cocti et dispuma.℥.j. succi celidonie siʒr cocti.ʒ.ʒ.coquank succi cũ melle:quousq; mel habeat spissitudinẽ ⁊ cõficiank cũ eo spẽs ⁊ reseruek in vase vitreato.

¶ Istud electuarium,nõ est in vsu:sed Nico.ipsum laudat mirabiliter.

¶ Herba adhil fm Nico.in lib.⁊ capi.predictis est herba de qua quidã dicunt q; est herba quã comedũt aquile ⁊ cõtricant oculos suos:⁊ dicit q; est eufragia.postea iterũ ait,verũ alij dicunt q; est quedã species herbe albe:cuius folia quãdo rumpũtur in loco rupture faciũt fila quasi ad modum bombacis.⁊ est amari saporis ab Auicen.vocata bombacũ.a quibusdã cassilago.a quibusdam dicitur herba verula:⁊ postea dicit verula est auis ⁊c.neq; per id Nico.cognouit quid esset herba adhil.ipse dicit q; ab Auicẽ.vocata est bombacũ:de quo nõ reperit vllum fecisse capitulũ in.ij.canofr.vbi de simplicibus tractat.⁊ dicit qõ a quibusdã cassilago dicit qõ non credo:quia cassilago est iusquiamus sed;sit quomodocũq; prima expositio est melior.hoc qõ herba adhil est,eufragia.quia in hoc multũ valet.Preterea Matthe.silua.in ca.de eufragia inquit sic.eufragia latine arabice herba adhil.Mesue in ca.de egritudinibus oculorũ laudat ipsam.sed cõtradicit Io.cõcorregius in ca.de debilitate visus qui inquit herba adhil.i.nux muscata.Sed fm alienos eufragia quod nõ creditur.sed mea opinio est quod adhil sit eufragia.

¶ Celidonia fm Isidorũ ideo dicitur vel qõ aduẽtu hirundinũ videk erumpere:vel q; pullis hirũdinum si oculi auferantur matres eorũ illo ex hac herba mederi dicuntur.liber qui dicitur bulcasim in tractatu secũdo in cap.de modo colligendi lac celidonie:⁊ extrahendi succum eius inq̃t:principiũ ortus celidonie est qñ hirundines incipiunt apparere:⁊ qñ desinũt apparere desiccat et non apparet.⁊ propter hoc appellatur herba hirundinum ⁊c.

Diabutirũ expertũ i li.iiij.in.c.de tussi.℞. mellis dispu.⁊ butiri añ.iiij.cimini anisi añ. ℥.ʒ.liquiritie.ʒ.j.cõfice in forma loch.

¶ Istud electuariũ nõ est in vsu.⁊ sicut reperit apõ Oribasium in cap.de tussi.est ex autoritate ipsius.

¶ De butiro Auicẽ.in secundo cano.duo cap.facit vnũ de butiro simpliciter aliud de butiro nõ recẽti.Sera.de butiro lacte ⁊ caseo in vno capitulo loquit:⁊ sic inquit libẽ.i.lac.lubon.i.caseus.zebd.i.butirũ: serum.i.mantega. Papias dicit butirum pinguedo que ex lacte colligitur.est tamen pinguis ⁊ solidius oleum ex butiro fit.

Diapigamũ in li.v.in.c.de inflatiõe ⁊ tẽtione stomachi.℞.nitri pipe.cimini ifusi i aceto ⁊ postea torrefacti añ.ʒ.iiij.fo.ruthe siccorum ad põdus oim.cõfice cũ melle ⁊ fiat.

¶ Hec cõfectio apud nos est multum in vsu:sed nõ sub hoc nomine diapigamũ.imo sub nomine diaspoliticõ: qõ idem est.Ipse Nico.in eodem libro inquit diapigamum idest electuarium de ruta postea in cap.de debilitate digestionis ponit electuarium de rutha quod idez est cũ diapigamo.⁊ sic dico qõ electuarium de rutha secundum Nico.diapigamon ⁊ diaspoliticon idem sunt de quo infra in diaspoliticõ.Diaf.in capi.de rutha ponit descriptionem diapigam.i que eadem est. Macer in cap.de rutha describit diapigamum in versiculis incipiẽdo.Ex hac antidotum non paucis vtile causis conficitur medici dicũt diapigamon illud.Pigamon in greca nostra quia rutha vocatur.Illius antidoti confectio talis habetur.Pondere iunge pari nitrum piper atq; ciminum.De tribus his tantum:de rutha ponito,quantum.Sed prius ex acri vino macerare ciminum conuenit:⁊ ferro plus assari calefacto,omnis deinde simul dene trita ex melle ligabis ⁊c.

¶ Nitrũ.i.affronitrũ in ista cõfectiõe laudat:sol nitrus qua vtunt bõbardarũ q: est fortius quã sal panis.

Electuariũ de ficubus i eodẽ lib.in.c.de cura colice ex fece ⁊ est vtile senibus.℞.croci hortẽsis,zinziberis albi mũdi añ.℥.ij.terantur ⁊ cribellenk.ficũ albarũ pinguũ nũero xxx.terank in vno mortario ligneo in modũ qõ nõ appareat gr̃.⁊si nõ pũt teri bũ ferueat modicũ ⁊ ponak cũ eis de baurab.i.affronitro ⁊ fece argẽti añ.℥.ʒ.⁊ pistenk oia simul et incorporenk cũ melle dispu.in quo misceak de aqua in qua decoete fuerint ⁊ fiat.

¶ Istud electuarium nõ est in vsu:sed fm intentionem Nico.est vtile senibus.

¶ Crocus hortensis est crocus affricanus siue hortulanus cuius semen gincus seu cartamus dicitur.

¶ Ficus.idest carica.Isido. inquit ficus a fecunditate vocat. est enim arboris ceteris fecũdior nã terq; quaterq; p singulos annos generat fructũ.atq; altero maturescẽte alter oboritur.hinc ⁊ carice a copia nominate ⁊c. est alia fic⁹ dicta pharaõis siue fic⁹ fatua siue sicomorus ⁊ est nomẽ cõpositũ a fic⁹ grece ⁊ qõ est ficus ⁊ moro latie ⁊c.Inde sicophãta.i.comestor ficũ vt apud Terentiũ.

¶ Fex argenti fm Nico.est scoria argẽti .ego puto q; sit merlasengi qõ alio nomine litargirum appellatur.

Electuariũ de cicadis in eodẽ li.i.c.de cura lapidis.℞.cicadarũ abiectis capitib⁹ alis: ⁊ pedibus:granorũ solis seminis saxifragie añ.ʒ.j.piperis galange cinamomi.ana.ʒ.ij. ligni aloes.ʒ.ʒ.mellis quod sufficit.

¶ Istud electuariũ nõ est in vsu.Isidorus in ca.de minutis volatilibus inq̃t.Cicade ex cuculorũ nascunk,sputo.hei Italia apõ reginos multe sunt:nec vsq; alibi.Ortus medicine ait.cicade sunt vermes ad similitudinẽ locuste:⁊ habitant in locis calidis.quidã vero sapientes dixerunt qõ cicada est animal paruum vergens ad nigredinem que in capite ipsius habet duo cornua minuta:⁊ in tẽpore estatis maioris caliditatis apparet:⁊ volat sup cacumina domorũ vl aliarũ rerũ:⁊ ibi stat ⁊ garrit quousq; sol amittat suam caliditatẽ:⁊ pdictum animal a multis vulgari noie sic est vocatum.

¶ Grana solis.i.miliũ solis siue lithospermon. Sera. in ca.de milio solis inquit ex autoritate Hal.in translatione bataric lifacos:q; est semẽ qõ assimilat lapidi: et est chulb.i.miliũ solis:⁊ semen herbe q̃ vt stroncos:qõ si bibit frãgit lapidẽ ⁊ puocat vrinã.Se.iterũ ait ex autoritate abẽ mesuai talbalfari:qõ achuch deferk ab india ⁊ assimilatur semini lini nisi q: est maius: miror tamen q; Serap.dicat q; milium solis hz semen simile semini lini:⁊ tamen illud quo nos vtimur nõ assimilatur semini lini.hec herba in nostris hortis nascit ⁊ abundat plurimũ:huius dicat Ser.qõ defertur ab india.

Medicamẽ de sisileos in lib.vj.i.c.de sterilitate.℞.sisileos.limature eboris:radicũ et granorũ peonie:darisahã añ.ʒ.j.ʒ.cinamomi:ciperi.calami aromatici:squinanti:artemesie añ.ʒ.j.nardi.scilicet,spice gariofolij masticis olibani ana.ʒ.ʒ.ambre purissime. ʒ.ij.mellis.q.s.

¶ Istud medicamen de sisileos. id est siteris montani non est in vsu.

¶ Darisahan est cortex radicũ huzie siue cortex radicũ mali granati agrestis apud Diasco. vocatur aspa.

ſium.de quo dictum fuit in electuario de vino.

¶ Artemisia.i.mater herbarum.

¶ Mastix est gummi lentici vel species eius.Diasco.in cap.de thure ait.thus lachrymū est arboris que grece libanus dicitur.

Electuariū de iua in lib.vij.in.c.de preseruatione a doloribus iuncturarū. ℞.iue recentis subtilissime incise:et cōficiatur cum melle et fiat ꝑm artem.

¶ Istud electuariū apud nos est in vsu:ipse essi Nico. nō ponit dosim iue:sed proportio mellis ad iuam apothecarius est nota.

¶ Iua ꝑm Simonē ianuen.est iua:vt dicit supra in camepiteos:ipse ho in ca.de camepiteos ait quasi in fine: vide q̄ nulla istarū specierū sit illa qua moderni vtunt pro camedreos.Arbitratus fui q̄ prima istarū sit plāta illa quā iuā moderni vocant ꝑpter silitudinē huius descriptionis cū ca:ꝛ ꝑpter experientiā que inuenit in ipsa sciatica qua ipsa laudat.postea ho intelleri quod apud grecos siculos maxime ipsam iuā camepiteos vocant:ꝛ sic meo iudicio credo q̄ vera iua sit camepiteos et qui nō credit consideret formā camepiteos q̄ apud Diascoridē vocatur camepitio:ꝛ ponit species tres quarum vna est spansa super terrā.et gibberosa habēs folia aizo minori.i.sempuiue minori siue vermiculari similia: sed tenera ꝛ pinguiora et aspersa ꝛ spissa circa virgas odorē redolentia pini ramulos mittit oblongos ꝛ curuos in silitudine acuse.i.lactuce asini ꝛ frondiculū tenuē:vel semen cū tenui coma flores minutos ꝛ mellinos profert:ꝛ semen nigrū odorē pictuinū.i.rasine pini:vide ergo illā iuam qua vtimur ꝛ aggrega ipsam cū illo ca. de camipiteos ꝛ videbis q̄ in odore ꝛ in oibus iua est camepitheos ꝛ habēt oēs species odorē pini:ſz nobilior est que magis odorez pini refert.illud vero camepiteos quo vtunt moderni nō hz formā camepiteos:vt describunt nostri autores sicut est notū eruditis apothecarijs. Mesue in ca.de egritudinib⁹ laudat ipsam sub nomine ziziniam et est iua.

Electuariū de anagalico siluestri in lib.vij. in ca.de cura eminētie vmbilici: ꝛ est multū vtile. ℞.radicū eius bene decoctarū in vino austero:ꝛ postea optime cōtritarū: ꝛ mellis despu.añ.li.ij.ꝛ coquātur in lento igne vsq̄z ad perfectionē:ꝛ tunc supponat puluis qui sic fit.sanguinis draconis.ʒ.ſ.masticis:tepidor lapidis incisor añ.ʒ.ij.gūmi arabici.ʒ. ij.lapidis ematitis.ʒ.j.nucis cipressi.ʒ.ij.gariofilorum:macis cinamomi:nucis muscate añ.ʒ.iij.piperis:zinziberis croci: añ. ℥.j.et bene incorporent:ꝛ fiat electuarium.

¶ Istud eium nō est vsu:sed ꝑm intētionē Nic.est vtile.

¶ Anagal ꝑm Dia.sunt due species:vna est que ia cinthiū pferr sed apud Sera.hz florē celestē:altera est cuius flos dactili colorē habet:sed apud Sera.hz florē rubeum ꝛ est plantula habens folia subtilia parua:et ramos quadrāgulatos:ꝛ ambe habēt semen rotūdum simile semini coriādri apud nos in pratis acrib⁹ reperit. Quidā exposuerunt q̄ esset cicor:ea.q̄ nō est.alij q̄ sit maiorana.q̄ nō ē:alij auricula muris dicūt:q̄ nō est. Auicen.in.ij.cañ.capl'm vnuz facit de auricula muris. aliud de anagalo.in cap.de anagalo inquit est duobus modis.vnus eorū est cuius flos est citrinus ꝛ alius cuius flos est celestis : hic textus Auicen . videtur corruptus:dum nō dicit q̄ prima species anagali habet florem rubeū vt dicit Serapi.Sale.in sexto simpliciū inquit anagallus:id est morsus galline.ꝛ dicitur q̄ vna habet florem celestis coloris:alia rubei:et sic est ꝑm veritatem ꝛ est quā nostro idiomate morgelinam:aut morsum galline vocamus aliquādo ipsam. Matthe⁹ filius. dicit morsus galline vocatur a quibusdā anagallus q̄ ipsa vocatur:quidam morgelinam vocant ꝛc. Nicola⁹ dicit electuariū de anagalico siluestri.i.de illo qui florē rubeum gerit ꝛc.

Confectio boli armeni in li.iiij.in ca.de preuisione cautelis:ꝛ custodia a venenis et eorꝫ nocumentis in generali. ℞.boli armeni:terre sigillate añ.ʒ.j.granorꝫ iuniperi.ʒ.ſ.conficiātur cū melle:dosis est.ʒ.ij.cum vino.

¶ Hec cōfectio apud nos nō est in vsu:bolus armenus est quedam vena terre que reperitur precipue in armenia ꝛ eligendū est subrubeū apud Auicen.vocatur lutum armenum.

Electuariū de moris ꝑm Michaelē fauosionalā in.c.de disinteria intestinali. ℞. carniū mori immaturi.℥.iiij.zuccari lib.j.coque cū facilitate:deinde pijce stiptica calida aut frigida:vt exigit dispositio:ꝛ fiat electuarium quod apud nos in vsu non est.

Confectio chifodea ꝑm Gal'.in tracta.viij. in meimir in ca.de cura passionū epatis. ℞. carniū passularū.ʒ.xxv.croci.ʒ.j.calami aromatici.ʒ.ij. bdellij.iudaici.ʒ.ij.ſ.cinamomi. ʒ.j.cassie.ſ.lignee.ʒ.ſ.spice.ſ.nardi.ʒ.iij.squinanti.ʒ.ij.ſ.mirre.ʒ.iij.ꝛ in alio.ʒ.iij.terebētine.ʒ.iiij.limature aspalti.ʒ.ij.mellis.ʒ.xvj. vini quod sufficit ꝛc.

¶ Istud electuariū apud nos est in vsu : sed nō vtimur sub nomine chifodea:imo vtimur sub nomine electuariū de vino.ipse Gal' describit duas descriptiones:quarum prima est nobilior ꝛ dicit q̄ chifodea nomiatur:ꝛ essi in odore ꝛ in gustu silis est vocato ab egyptijs chifi qui primo cōposuerūt hoc ꝛ vtūtur eo. Idē in partibus nostris facim⁹ ꝛ sic post ꝑ ego aggregauit istud electuarium de chifodea apud Gale cum vno electuario quod habetur ab Auicē.in.iiij.quē nos facimus sub nomine electuariū de passulis seu de vino.vidi q̄ idem sunt:ꝛ sic vt meli⁹ ꝛ apertius rem dignoscas legē illam descriptionem quā superius posui sub nomine electuariū de passulis cū ista:ꝛ videbis q̄ eadē est.Franciscus de pedemō. in ca.de debilitate epatis habet eādē.Michi.sauonarola in.c.de debilitate epatis habet eādem.

¶ Limatura aspaltri seu aspalci.i.rasure aspaleos.et hec est arbor sicut narrat Diasc.que nascitur in asia:et rhodo:cui⁹ species duplex est.Est essi vna spinosa fruticem ꝛ tirsum grauē habens ꝛ depositū cum cortice purpureo vel rubro:ꝛ depresso odoris summi ꝛ amari altera est alba:lignosa ꝛ imbecillis ꝛc . quid autem sit fere ab oibus ignoratur.ꝑm aliquorū modernorū medicorū opinionem tenetur q̄ sit aspaltū.i.bitum emundaſcū sed nō recte.nam si Gale.habet aspaltri fuit error scriptoris:q: debet dicere limature aspalci.ꝛ est quedā arbor q̄ apud Sera.ꝛ Aui.vocatur darsisahan:ꝛ sic est ꝑm veritatē.nam ibidē Aui.loco ei⁹ hz darsisahan.q̄ idem est. michael sauona.loco aspalci hz radicē spine.inde ꝛ ibi ait:loco eius potest poni xilocaracta.vtvult Simon ianuen.verū Auicē.loco eius ponit fructus aliembuch: id est xilocaracte.ꝛ hoc adiuenit qꝛ ipse ignorauit quid esset.verū loco ei⁹ xilocaracta potest poni:ſſi idē non est sed Sera.vere agnouit ipm dicens q̄ est arbor granati siluestris:ꝛ sic est ꝑm veritatē.nam si legis capitulum de aspaleos apud Diasco.cum.c.de arbore granati siluestris:seu darsisahan videbis q̄ idem est. Preterea Joannes Arculanus in capitu.de debilitate epatis inquit:

darsifahã.i.arbor granati siluestris.Sm vero modernorũ sniam granati siluestris duo sunt spẽs quarũ vnũ est darsifahã:seu arbor dicta amberberis:cuius fructꝰ dicit abel: ⁊ de hoc a multis liciũ efficit.vnde Rasis in sinominis suis dicit liciuz loch.de aq̃ in qua cortices berberis coquunt:⁊ sic approbatũ fuit q̃ arbor berberis in debilitate epatis:ac in fluxu epatico multũ valet.Aliud est xylocaracta siue siliqua:siue charubie q̃ sunt idẽ:⁊ sic a modernis vnũ ꝓ alio ponit:sz debẽt ponere corticẽ buzie.i.corticẽ radicis mali granati ,seu berberis.⁊ est arbor dicta apud herbaticos crispinus:hec duo apud sapientes sunt ex secretis aliorum.

¶ Vinũ satis notũ est.Serap.de ipso loquit in ca.de vite ⁊ eiꝰ spẽbus:⁊ que ex eis sunt.Isido.ait vinũ dictũ est eo q̃ eius potus venas sanguine cito repleat:hoc alij q̃ nos curis soluat lieum appellant.alij lineum a leniẽdo veteres vinũ venenũ vocabãt.sed postẽ inuentũ est virtus lenifer succi hoc vinũ vocatũ est illud venenũ.vnde ⁊ Hieronym in lib.quem de virginita. cõseruãda scripsit adolescentulas dixit ita vinũ bibere debere fugere vt venenũ:ne pro etatis calore ferucni bibant ⁊ pereant.Inde est q̃ apud veteres romanos femine non vtebant vino:nisi sacroꝝ cã certis diebꝰ:hodie vero inueniunt homines multi:qui si nõ biberẽt vinũ deficerent oino.Joã. angli.in cap.de passionibus stomachi recitat hos versus.Dat vinũ purũ tria nobis cõmoda ꝓmũ . Cõfortat stomachũ:cerebrũ:cor dat tibi letũ.Vires multiplicat:⁊ viscera plena relaxat.Efficit audacẽ:sudores:prouocat aptat Ingeniũ tali lusus cõgaudet amico.Sit mẽsura comes ne violetur opus.Nam sine mensura peperit omne quod est.

¶ Dicitur aũt electuariũ de vino eo qõ ingreditur et dz coqui cũ magna diligentia.

Confectio diaspoliticõ Sm eundẽ in tractatu quarto de regimine sanitatis. ℞. cimini piperis longi foliorũ rutbe nitri aã.z.iij.terãtur grosso modo:⁊ cum melle bene dispumato quantum sufficiat fiat confectio.

¶ Hec confectio est in vsu.ipse vero Sal.in sexto de regimine sanitatis ipsam describit ⁊ solet cõfici dupliciter. Quidam eñ cõponũt ipsam ex.℥.iiij.rute viridis:⁊ alio equali pondere.sz Sm modernos ex olbꝰ cõponentibus sumit equale pondꝰ:⁊ conficitur ⁊ sunt ex hominibus qui vocant istã ꝓfectionẽ siue istud antidotũ electuariũ de ruta.verũ ipse Sal.in ca.de medicinis zenonis in suis experimẽtis hz electuariũ de rutha:qõ idem nõ est.forsan illo tpe nõ erãt idẽ:sz apud multos modernos idez sunt:nã Petrus argillata in cap.de duritie splenis indit. ꝓfectio diarutha ⁊ ibi habet eius descriptionẽ sicut habet hic Sale.in fine eius descriptionis dicit ⁊ Sal.appellat hoc diaspoliticum.Nicolaus florentinus in li.v.in cap.de inflatione ⁊ tentione stomachi ait:diaspoliticõ.i. electuariũ de cimino.nã apud medicos vocat hoc electuariũ de cimino cum spẽbus grossis.Aui.in.v.cañ.hz diacminũ Sale.qõ idẽ est.Dia.in.c.de rutha hz idem Macer in codẽ ca.habet idem sub nomine diapigami. vnde ꝓ hoc possumus dicere diaspoliticon cõfectio de diarutha:diapigamon et electuariũ cũ specibus grossis esse idẽ vide supra in diapigamon.

¶ Ciminũ.s.ciminũ vsuale.hic Sale.non dicit si ciminũ debet poni infusum in aceto:⁊ torrefactũ aut nõ:verum nostri doctores magis laudant ipsum debere poni infusum in aceto et torrefactum : quam non infusum. nam Petrus argillata. Nicola.Diascori.Macer. ⁊ Auicen. habent omnes ciminum infusum.⁊ idem volunt facere hodierni.⁊ modus est q̃ accipiatur ciminũ:⁊ mũdetur a sordibus eius:⁊ superponatur acetum quãtitatis sufficiẽtis ⁊ ibi dimittatur per diem ⁊ noctem:deinde extrahatur et desiccetur:⁊ eius torrefactio est q̃ ponatur super patellam terream latam:⁊ calefiat ipsa sine cimino: deinde auferatur ab igne ⁊ statim cito superponatur ciminum ⁊ ipsum misceatur ⁊ voluatur semper cum aliquo:et hoc fiat bis vel ter]: quousq̃ eius torrefactio sit completa:et vtere vbi oportet . idem potest fieri de aliis seminibus . Species piperis note sunt . ac eorum nomina ⁊ greca:⁊ latina.per piper vero absolute piper nigrum intelligimus:aut quia nobilius:aut qꝛ fortius est aliis:aliquando tamẽ Sm diuersas intẽtiones in aliquibus electuariis ac cõfectionibus magis cõuenit piper albũ aut lõgum q̃ nigrũ sicut in cõfectione ꝓxime descripta in qua licet aliqui dicant debere poni nigrum plurimi tamen ac fere oẽs laudant apponendum esse piper longum ab aliquibus vero magis laudatur piper album.

¶ Ruta est herba satis nota.Diaſ.autem laudat illam que nascitur circa cucumeres.Aui . vero laudat illam que nascitur circa arbores ficus.hic Sal,.nõ dicit si ruta debeat esse sicca:aut viridis verũ moderni doctores laudãt mediã inter viriditatẽ ⁊ siccitatem.Dia.in codẽ antidoto dicit rute viridis.Petrꝰ argillata dicit ⁊ vult q̃ ruta non sit sicca nec viridis:⁊ sic debent facere apothecarij.

¶ Nitrũ.i.affronitrum.Aui.loco eius habet baurach. i.sal rubeum.idem inquit baurach est fortius sale et est de gñe virtutis eius idem in cap.de nitro ait nitrum est baurach armenuz in loco eius sunt ex hominibus qui ponũt sal panis:⁊ sunt ex holbus.qui ponunt sal nitrũ quo vtuntur bombardarij et ,hoc est fortioris virtutis in hac materia.

Dia capparis Sm Gilibertũ de anglia in.c. de vitijs splenis. ℞.capparis.℥.iiij.squille. i.cepe muris assari:centauree piretri: piperis scilicet nigri:thimi:apij seminis git agrimonie radicis aã.z.j.mellis quod.s.

¶ Istud electuarium nõ est in vsu apud nos capparis seu kapparis cum k.est planta vel ,frutex spinosa spãsa super terram spinis vncis plena sicut rubus folia similia citonio fructum similem olive qui si aperiatur emittit florem album.si vero ceciderit,de plãta,sua apparet lõgus vt balanus:⁊ tũc si aperiatur inueniuntur in eo grana minuta.⁊ hoc in alexãdria maiori reperitur.⁊ in magna copia.Haliabbas in scbo practice ca.de radicibus vocat ipsum bubugi.

¶ Sit.i.semẽ nigelle nigre que vocat melachio de,qua supra dictum fuit.

Dia ceraseos ibidẽ.℞.succi cerasorũ li.iiij. mellis lib.iij.diagredij.z.xxviij . cinamomi masticis aã.ℨ.j.cõficiant sic.succus cũ melle lento igne ad spissitudinẽ decoquentur et in eo pulueres terẽdos temperabis cum.z.iij. manne ⁊ ieiunet vsqꝫ ad sero.

¶ Dia ceraseos autem dicitur a succo cerasorum quẽ recipit plusq̃ de aliis rebus cerasa Sm Serap.sunt grana parua similia pinis . et sunt in orientẽ ⁊ est granum regum . et est illud quod apud nos intelligendum est iuxta autoritatem Serapi.granum regum duo significare etenim Sm ipsum significare videtur cerasa secũdum vero illustres medicorũ sicut Auicen.in.ij.cañ.ca. de mehembethene.⁊ Mesue capitu.de albemesuch.est cherua siue cataputia maior.Isidorus in cap . de propijs nominibus arborum inquit.cerasus a cerasonte vrbe ponti vocata.nam lucullus cum cerasum ciuitatem pontis delesset:hoc genus pomi inde adinuenit ⁊ a ciuitate cerasuz appellauit arbor eni cerasus pomũ cerasuz ꝓt.

Dia dragãtũ calidũ Sm eundẽ in ca.de strictura toracis.i.pectoris.℞.dragaganti tri duo in aqua infusi temperati.℥.iij.⁊ isopi.℥. j.⁊.z.ij. cinamomi.℥.ß.zinziberis.z.ij.liquiritie et succi eius aã.z.j.⁊ gra.xv.confice cum calamento dragaganto cum sufficienti mel-

le et lēto igne ad spissitudinē decoquas post ab igne deposito: ⁊ puluere specierū adde et vsui reserua da in modum castanee.

¶ Diadragātum aūt dicitur a dragante quod recipit. dicit calidum ad differentiā alterius descriptionis que dr diagraganti frigidū que superi⁹ posita fuit: ⁊ dixerūt ḡd.ā q̄ ambe descriptiōes sunt de mēte Nico. pñt ēt esse ādē de mēte Gili. nā Gili. in ca. allega ambas descriptiones composuit: ille vero quē voco lumē male lucēs ambas posuit descriptiones de mēte vt asserit Nicolaus. et tamē ambe a vera descriptione decliināt nec ꝓm eius descriptiones debent construi dicte cōfectiones.

Diapente ꝓm eūdem in ca. de causis tussis. ℞. storacis optime: mirre dragaganti: galbani: croci: opij ana. ʒ. xvj. balsami: aut olei nardini mellis quod sufficit.

¶ Istud electuarium in vsu nō est. Nico. florē. in li. v. in c. de tussi. hz electuariū diapente qd̄ quasi idē est verum Nico. ponit iusquiamum album Gilibertus loco eius habet opiū. Nicolaus habet cimmū torrefactū. Gilibertus habet crocum: in reliquis idem sunt.

Diacassia fistula ꝓm Io. cōcorre. in. c. de paralesi et iectigatione. ℞. prunorū damascenorū viola. añ. li. ss. bulliāt in lib. v. aquevsq̄ ad cōsumptionē tertie partis ⁊ colature addatur māne cassie pinguis ⁊ munde añ. li. s. tamarind. ℥. v. lento igne ⁊ claro vsq̄ ad spissitudinē: deinde addatur cādi puluerizati. i. zuccari cadi. ℥. iij. penidij. ℥. ij. zucca. rubei li. j. sirupi violati. ℥. x. fiat electuariū: ⁊ est ꝑ delicatis et eius dosis est. ℥. j. vel. ℥. j. ss.

¶ Diacassia aūt dr a dia qd̄ est cōfectio. cassia dr qr in ipsa cassia ingredit: supra posita fuit vna alia descriptio que est ex autoritate Frācisci de pedemōtiū q̄ apd nos nō est in vsu: verū nostri doctores magis laudāt istā descriptionē qr est cōfectio leuis: ⁊ fit p⁹o delicatis.

Electuariū lenitiuū. ℞. passularū. ℥. ij. capillorū veneris viola. ordei añ. ℳ. j. iuiubarū sebesten: añ. nūero. xx. liquiritie. ℥. ss. prunor tamarind. añ. ʒ. vj. foliculorū sene polipodij añ. ℥. ij. misce ⁊ fiat decoctio ad cōsumptio. tertie partis: deinde addat mercurialis. ℳ. j. ss. bulliāt bullitiōe vna ⁊ colet ⁊ dissoluat pulpe cassie tamarind. prunor zuccari fini zuccari violati añ. ℥. vj. coquēdo lento igne semp mouēdo cū spatula in fine adde ꝑ q̄libet libra electuarij. ℥. j. ʒ. iij. foliculor sene: ⁊ fiat electuarium ꝓm artem.

¶ Istud electuariū apud autores nō inuenitur nec apud nostros doctores est in vsu: sed vtūtur ipso in partibus venetiarum: ⁊ vtūtur ipso in illis partibus sicut nos vtimur diapruni non solutiuo.

¶ Mercurialis est herba q̄ in nostris partib⁹ in ciuitatibus inuenitur iuxta muros. ⁊ dicitur vulgo mercorela: hec apud dia. vocatur linozotis. ⁊ sic eam vocat gal. in. vij. simpliciū. phi. ait linozostis siue ptent⁹ a Mercurio inuentus est. ideo apud grecos ermipotona dicitur nam multi vocant mercuriale.

Electuariū de farfara. ℞. radicū farfare li. j. lauenk bene in aqua: ⁊ decoquank optime: deinde pistenk cū. ℥. iij. passularuz: ⁊. ℥. iij. pinearū in mortario lapideo: post hoc. ℞. zuccari albi li. ij. ⁊ dissoluak in p̄dicta decoctione farfare: ⁊ coquak ad formā electuarij: deinde addātur pulueres infrascripti. ℞. diagaganti albi. ʒ. ij. cinamomi: macis croci añ. ʒ. j. succi liqritie. ʒ. j. ss. nucis muscate. ℈. j. misce et fiat electuarium.

¶ Istud electuarium apud medicos sapientes non est multū in vsu: sed apud medicos Mediolani magis est.

¶ Farfara vero a modernis dicitur vngula caballina: quidam mali herbatici crediderunt q̄ hec in vineis inueniatur sed falso: nam apud nos ei⁹ species sunt due, quarum vna habet florem album: ⁊ hec dicitur nenufar: ⁊ est illud quod magis vsuī medicine competit altera habet florem rubeum. ⁊ est apta in medicina sed non tantū. et vtraq̄ in aquis inuenitur apud sapientes note sunt: apud Auicen. in. ij. cano. vocatur nenufar. ⁊ dicit q̄ Sale. vocat ipsum caulem: et aque nominat granum eius granū sponsi. hec apud Diasco. vocatur nimphea siue vt alij cscabus veneris: id est papaver palustre. siue vt latini alga palustris. Antonius musce: mq̄ nomen herbe nimphee a grecis dicitur prothea alij cacabos. alij litometra. alij androcinos. alij idrogothos. alij heracleos. alij arnenon. itali nimpheam vocant.

Electuariū cōtra pestē ꝓm dñm bñdictus de nursia physicū illustrē. ℞. boli armeni. diptami albi: mirre pipinelle: zedoarie añ. ℥. j. tyriace. s. tyriace andromachi distēperate cuz aqua vite optimi vini: ⁊ distillate in balneo marie. ℥. ss. croci. ℈. j. cāphore margaritarum nō perforatarū smaragdi añ. ʒ. iij. tormētille sigilli marini añ. ℥. ij. se. citri. ʒ. j. ss. oīa puluerizentur ⁊ incorporenk cū sirupo de acetositate citri: ⁊ ex eis fiat electuariū de quo dek ℥. ss. cum aqua mellise ieiuno stomacho: certe tollit fetorem pestilētie. ⁊ extinguit omne venenum in corde ⁊ toto corpore.

¶ Istud electuarium in tempore pestilētiali valet mirabiliter ad ea que diximus: ⁊ est optimū in illo casu.

¶ Diptamū albū credo q̄ sit vsuale: nā illud diptamū quo vtimur hodie est album secundum Dias. diptamū mula dicunt pulegium agreste. et describit tres vel quatuor species: quarum prima species dicitur q̄ nec florē nec semē hz: ꝓ illud diptamū quo vtimur hodie hz florē purpureum ac semen nigrum quod apud omnes est notum. Serap. de ipso loquitur in cap. de origano Simon iaff. in. c. de aldarhami inquit: q̄ Serap. in cap. de calamento de diptamo loquitur quod non est verum diptamum apud Auic. in. ij. vocatur mescatramescit. Aqua vite est aqua distillata facta ex vino optimo et quanto vinum est bonum tāto melior erit aqua: et eius modus est notus. Raynaldus de villa noua in lib. primo in ca. de passionibus aurium: ⁊ primo de surditate tinitu ⁊ sonitu inquit: dixit mihi quidam predicator in vrbe q̄ imposuit de aqua q̄ dr vite quā ponit Aristote. in li. xij. de aqua ⁊ vere. sed si hoc sit verum non vidi.

¶ Hic huius distinctionis calcem attigimus annuente altissimo: pientissimaq̄ eius genitrice que cuiuslibet ghis affectōes ac electuaria. vez solutiua ⁊ nō solutiua vulcia amara opiata et non opiata rationabiliter complectitur: quamuis diuus Mesue in tres distinctiones secuerit. Initium vero nunc dabimus sequenti sectioni que est de conditis: si opifex ille rerum conditorq̄ vniuersi, cunctorumq̄ initium mentem nostram suo lumi-

ne illustrauerit: vt tandem omnia in illi⁹ decus atq; laudem sicut par est sint euasura: accedamus iam igitur ad propositum negocium.

¶ De decem generibus conditorum ſm Mesue tas vsualium ꝗ non.

Secacul conditum. ℞. radices eius albas grossas ⁊ teneras: et radak cortex eius cineritius ⁊ eli renk ⁊ mundetur a venis interioribus ⁊ incidatur in frusta sicut est mensura pollicis: ⁊ ponak in eius vacuitatibus arundinosis frustum zinziberis humectati sicut dicemus in ca. de zinzibere cōdito ⁊ garioflus vnus humectatus: ⁊ accipiak ad omne pōdus eox mellis pōdera. iij. ⁊ alij ponūt mellis pōdera. ij. ⁊ zuccari pōd⁹. ⁊ post ꝗ fuerit coctū cū facilitate pijciak sup illud specierū elefanginarum partes conuenientes ⁊ fiat.

¶ Secacul sicut dictū fuit est sigillū sctē marie. Matt. autē silua. nō cognouit cū. qz ipse in litera. s. inqt sigillum sancte marie. i. secacul. Itē ait. secacul. i. yringus: idem sentit in capi. de astaraticon: sed si legis capitu. de astaraticon apud ipsum et capitulum de astaraticon apud Serap. videbis quod yringus non est secacul nec species eius. si quis recte consideret capitulum de. grano cucul apud Matthenum silualicum deprehendere poterit ea que dicit de grano cucul conuenire cum capitu. de secacul apud Serap. ⁊ q̄ idem sunt licet ipse nō videak cognouisse. est cū granū cucul fructus ipsius secacul: ⁊ propter verba Matth. silua. sunt quidā apothecarij q̄ falso opinant yringū esse secacul: quod nō est: qz Serap. reponit yringū inter medicinas frigidas secacul ho inter calidas. Itē vide apd Mafredum de monte imperiali: qui de formis vtriusq; scripsit ⁊ ibi cōprehēdit yringū esse speciē spine: sed secacul est radix quā moderni zenogello/vulgo dicūt ⁊c. Aui. in. ij. cano. in cap. de cōditis habet etiā de modo cōdiendi. et dicit q̄ secacul est vena sicut zinziber ⁊ affertur ex india. hodie in nostris partibus reperitur in multa quātitate ⁊ est multum in vsu apud nos.

¶ Conditū autem. i. preparatū ⁊ sunt multiplicia: nam quedam: sunt ex radicibus: quedam ex floribus quedam ex fructibus: nā ex radicib⁹ sunt sicut zinziber. secacul: yringus ⁊ similia de floribus sunt sicut viole rose de fructibus sicut pira citonia emblici chebuli et silua. Matt. silua. in. c. de rapa inquit ex auctoritate Hal. rapa multifoniter aūt ⁊ hac holeo ꝑ: eparāt vsq; ad hoc q̄ cōponūt eā cū garro. i. almuri qō vulgariter nūcupatur salmuria ⁊ accto vt habeāt pro vsu per totū annū: credo q̄ hoc sit illud qō cōmuniter comedit in quadragesima. Isido. ait cōditū vocatū quod non sit simplex sed cōmixtione pigmētorū cōpositū. Pli. in. c. de vinis sticiūs: fiunt inquit alia vina ⁊ nūc ex pipere ⁊ melle et alijs specib⁹ de quibus supra dixi: que inquit alij cōdita: alij piperata vocant. Mesue inquit q̄ super secacul proijciantur species elefangine. i. de aromatibus: ⁊ sunt ille species que ingrediuntur in miua citoniorū id est conditum de citonijs sicut infra apparebit.

Zinziber conditum. ℞. zinziberis recentis si haberi potest vel satem humectati per artem partē vnā: mellis partes tres: ⁊ zuccari partem vnam coquatur sicut secacul: ⁊ quidā accipiūt sicut secacul ⁊ zinziberis humectati aū. partē. 5. ⁊ fit delicati⁹: ⁊ quidā super cōdiūt cū specieb⁹ elefangis: ⁊ quidā faciūt aliter. mod⁹ aūt humectatiōis ei⁹ est vt ifundak in aqua: deinde sepeliak in arena: et fit zinziber album ⁊ mundū ⁊ recens humectatur zinziber: vt docet ipse de chebulis.

¶ Zinziber siue zengibel ſm Diasco. arbor est nascens in arabia plurimum cuius coma frequenter vtuntur incole sicut nos rutha in bibendo ⁊ manducando. sunt vero ei radices minute sicut in cipert subalbido colore habentes sicut per gustū eligēde sunt non perforate sed grauce. has multi comedūt vel condiūt. i. ne putrescant ⁊ mittunt in vas cui adduntur mel coctū ⁊ sic reponunt. Hal. inquit radix hui⁹ plāte defertur ad nos ab india. et est id in quo est iuuamētū. Pap. ait zinziber q̄ ⁊ artemisia genera hz tria menogloſa tāgētes ⁊ leptophilos: miro: ob talia verba: infra vero dicit zinziber gen⁹ pigmentij est qō in india nascit. lingua eorū ita vt.

¶ Conditū. i. preparatū: vt dictū est. Aui. in. v. cañ. etiā docet modū condiēdi zinziber ⁊ dicit q̄ zinziber est vena de ventre terre: sicut vene tinctorū: Hic i fine sui antidotarū etiā docet modū cōdiēdi zinziber ⁊ inquit. ℞. yringorū qui hūt folia ad modū cretani marini: qō sera ceni, secacul vocāt. verba hec iferūt mihi admirationē: q: yringus nō est secacul nec folia hz sicut cretanus marinus sicut ptz p Sera. ca. de yringo. ⁊ p cretanū marinū apud Dia. quē ipe vocat erithimō: nñ hic declarare volo q̄ cretanus marinus est qdā herba q̄ in tpe antiquo nascebatur i maritimis locis. sed hodie delata est ad nos ⁊ nascit in nostris partib⁹: ⁊ est illa que in nostro idiomate barigia vulgariter vocatur mirabiliter valet doloribus renū ac lapidis: existimāt qdā q̄ hec apud Aui in. ij. cañ. vocatur alblage. Mesue dicit q̄ zinziber cōdiatur cū melle ⁊ zuccaro. Aui. vero dicit apud nos affertur conditū cū melle aut cū aqua rosa. Sera. in pro prio ca. de zinzibere inquit sunt quidā cōdientes zinziber cū melle: quidā cū rob. i. sapa moderni vero gñaliter cōdiūt solū cū zuccaro ⁊ est nobilior mod⁹ defertur de damasco ad nos. ⁊ quanto albius tanto melius.

Baucie cōdite valent sicut secacul: et ei⁹ modus est sicut secacul. i. sigilli sancte marie.

¶ Baucie. i. pastinace: cōditū apud arabes nominatur algingibel. Aui. in. v. cañ. docet modū cōdiēdi ⁊ dicit sumant de duris clari coloris munde pastinacā antē ſm Isido. in ca. de oleribus dicit sic vocatā: qz radix eius ꝗcipu⁹ past⁹ sit hoīs. vñ macer sic ait. q̄ pastū tribuat est pastinaca vocata. est cū odoratu iocūda: cibo delectabilis: reperitur alia spēs q̄ ē: silueſtris: q̄ vocat Dauc⁹ apud Aui. in. ij. cano. quidā credidērūt q̄ baucia esset chariota. quod non credo. na Hal. li. ij. de alimentis facit vnū. c. de pastinaca ⁊ dauco ⁊ chariota: qō nō faceret si essent idem. sed sit quomodocunq; hic volo declarare q̄ chariota est species pastinace cuius radix est citina bona ad manducandum ⁊ est illa quā lombardi vulgariter gniffo vocāt. Pli. ait alterū gen⁹ est staphilinos quā pastinacā creticam vocant.

Acorus conditus valet egritudinibus cerebri ⁊ neruorum: ⁊ eius modus est sicut secacul conditi. Adduntur tamen ad omnem partē eius secacul boni partes due.

¶ Acorus. i. piper apum vel affrodisia: vt dicit Diasc. conditū. i. preparatū hoc apud nos est multum in vsu reperitur etiā vna cōfectio conditi ad egritudines neruorū frigidas mirabilis quā ipse describit i sūma quarta de egritudinibus neruorū ⁊ est confectio diacori que etiam in vsu est: vt dictum fuit.

Zuccarū rosatū. ℞. foliorū rosax albax: aut rubearū quātitatē quā volueris: ⁊ expādāt sup tabula in vmbra vsq; dū supfluū humiditatis ipsarū resoluat. ⁊ sint rose habentes

medietatē inter cōplemētū ⁊ acerbitatē: et terātur in vase lapideo: deinde proijciatur super eā zuccarū taberzet.i.albū triplū ponderis earū: ⁊ reponanť i vase vitreato: ⁊ obtureť os eiꝰ cū pargameno et apponať soli mēsibꝰ tribꝰ oi die sepe agitando illud: deinde removeať a sole ⁊ seruеť: et quidā faciūt illud cū rosis nō habētibꝰ aliqd de cōplemēto: ⁊ inuenitur magis stipticum: ⁊ sunt qui non terunt rosas sed incidunt cum forficibꝰ et fricāt manibus fricatione vltima rosas ⁊ zuccarum: deinde exponunt soli.

¶ Zuccarū rosatū siue conditū rosatū siue cōserua rosarū idē est Nicolaus in suo antidotario ait. rodozachara.i.zuccarū rosatū: sed nō est sic sicut dicit Mesue. Petrus de crescentijs in.c.de rosaria.i.rosa habet vnā aliā descriptionē sed nō eadem. moderni vero generaliter faciunt: vt doceť hic Mesue.

zuccarum violatum eiꝰ modꝰ est sicut zuccari rosacei: indigent tñ viole expāsione lōgiori ⁊ expositiōe prolixiori soli.

¶ Zuccarū violatum.i.conditum violatū siue conserua violarum quod satis est notum.

zuccarum buglossatum eiꝰ modus est sicut zuccari rosacei.

¶ Zuccarū buglossatū siue diabuglossarū ꝓ a floribus lingue bouis q̄ alio noīe buglossa vocať. Aui.in.ij.cañ. de lingua bouis ca. facit: sed vere credo q̄ illa qua vtūtur moderni non sit illa de qua loquitur Aui. ipse autē Aui. ponit q̄ sit genus almaru.i.marmacor. vt dicit in ca.de marū. Mesue nō ponit modum cōficiendi zuccarū boraginatū quod fit ex floribꝰ boraginis que est species buglosse: tñ si diaboraginatū faciere velueris facies illo modo sicut buglossatū. Christepho. de honestis putauit: sed nō recte q̄ zuccarū alchilil fit zuccarum de floribus boraginis: qd̄ non est appebit infra conditū de buglossa qd̄ est cōserua vel diabuglossatum.

zuccarum alchilil stomachum cerebrum: et cor confortat. ventositates fugat: ⁊ eius operatio est sicut zuccari rosati.

¶ Zuccarū alchilil.i.zuccarū quod fit ex floribus rosmarini qui alio nomine corona montis vocatur. Christophorꝰ de honestis dicit zuccarū alchilil.i.zuccarus factū ex floribus boraginis: sed nō est vera expositio: vt patet apud Matt. silu. in litera kinkil. vbi sic ait. chinchil.i.rosmarinus. illud vocabulū poniť i antidotario damasceni.i. Mesue septimo qui incipit zuccarum alchilchil post sex qui incipit zuccarum buglossatū. ⁊ sic est quod alchilchil vt a chilchil. flos est rosmarini: sed grana alchilchil sūt gr. silueſtria.

Cōditum de citro. ℞. corticū citri. ℥.vj. buglose. ℥.j.ʒ. marmacor.i.melisse. ℥.ʒ. gariofilorū aur.j. ligni aloes aur.ʒ. terātur ⁊ proijciātur super ea vini boni li.iij. ⁊ dimittatur diebus.iij. deide proijcianť super ea zuccari tabarzet: id est albi libras.ij. ⁊ aromatizetur cum gallie bone aur.ʒ. croci.ʒ.j. quarta masticis.ʒ.j. musci.ʒ.j. sexta.

¶ Cōditū.i.pparatū. Mesue i distinctiōe de cōditis ponit citra cōdita ⁊ i distictiōe de siruپie hz duas descriptiōes cōditi ꝓ citro: fz ille due descriptiōes nō sūt i vsu ego ꝓ scripsi: sed am descriptionē vt declararē quid sit marmacor: marmacor. ꝓm intētionē Mesue est melissa ⁊ sic credo esse bene expositū. qz Sera. in ca. de melissa inquit benerangie.i.turūgen. ⁊ dicit marmacor.i. melissa. Aui. in.ij. cañ. in ca. de maru de marmacor loquit. ⁊ ibi distinguit in plures spēs: ⁊ ponit linguā bouis.i.buglossam inter species eorū. Stephanus iudeus affirmabat q̄ est marubiū qd̄ ignoro: vez sapientes dixerūt q̄ marmacor est melissa. ⁊ marmacur est marubiū. Guilel pla. dicit marmacor.a.i.marubius siue prassiū: quod idē est.

Modꝰ cōditi de buglossa boni. ℞. buglosse mēte sicce foliorum rosarū corticum citri aut foliorū eiꝰ añ. ℥.iij. alfelēgemich.i. seis ozimi gariofilati. ℥.j. triū. genez citoniorū: triū generū pomorez. añ. ʒ j. ʒ. sete crude icise: nuc̄ muscate: zedoarie: galāge: been: vtriusq̄ scilicet albi et rubei sandali citrini: croci añ. ℥.j. ʒ. ligni aloes. ʒ.ij. vini ⁊ aque añ. ℥.vj. mellis libras. viij. aromatizetur cum musci. ʒ.j. tertia: ⁊ gallie. ʒ.ij.

¶ Conditū.i.preparatū de buglossa.i.lingua bouis cōditū aūt de buglossa nō est zuccarū buglossatum. qd̄ fit ex zuccaro ⁊ floribus buglosse: vt quidam crediderunt.

¶ Triū generū citontorū vel triū specierū citoniorum. greci vero ponunt ipsas in numero, maiorū ⁊ genera ipsorū sunt multa: quorū queda sunt dulcia: quedā acria quedā muza ⁊ sic de singulis. sed hic solū intelligimus tria gña que sunt dulcia acetosa ⁊ muza.i. q̄ sapor ipsius sit compositus ex dulcedine ⁊ acetositate.

¶ Triū generū pomorū similiter intelligitur de tribꝰ generibꝰ pomorum ⁊ sunt proprie dulcia acetosa ⁊ muza.

¶ Sete crude ⁊ nō cocte. vt dictū fuit. Papias inquit bombices dñr apud seres frodiū fimes q̄ seriicum creāt ex cuius tictura bōbicinꝰ fit.

¶ Hic sectio de conditis cōplementum suscipit ꝓm do. Mesue: nunc vero aggrediamur sectionem de speciebus loch ꝓm eundem.

¶ Nobis igiť adsit dator auxilij deꝰ terraez celiqz rerūqz olim opifex ⁊ conditor.

Loch de pino. ℞. gnorū pini. ʒ. xxx. amigdalaez dulciū anellanarū assataez. dragagāti: gūmi arabici: ligritie ⁊ succi eiꝰ: amili capillorū venerz: radicū lilij celestz. i. ireos añ. ʒ.iiij. carniū dactilorū chairō. i. illiꝰ regiōis. ʒ.xxxv. amigdalaez amararum. ʒ.iij. mellis passularū zuccari tabarzet. i. albi butiri recētis añ. ʒ.iiij. mellis tabarzet quantum sufficit: sumatur ex eo quasi lambendo. Loch ex ex inuētiōe nr̄a. accipe seminis papauerz. ʒ. x. radicis ligritie. ʒ.vij. sebesten. xx. philij granorum citoniorū añ. ʒ.v. coquanť cū. i ij. lbi. aq̄ vsq̄ ad li.j. ⁊ ʒ. acoleť ⁊ pijcianť sup illud rob ⁊ penidiarum añ. ʒ.iiij. et iterum coquātur impinguentur: deinde misceantur cum cum eis dragaganti ⁊ gummi. ʒ.v. papauеris albi ⁊ trium granorum añ. ʒ.ij.

¶ Loch autē est medicina liqda in modū siropi. sed est inspissata valde aliqualiter viscosa apta vt lambať deglutiendo ipsam paulatim contra dispositionem pectoris ac pulmonis vz. Lanfrancus chirurgicus in capi. de gibbositate impari habet vnum medicamen ⁊ inqt. fiat loch.i. medicina spissa sicut mel liquidum seu crudum mitigāt tussim apud nos illud loch est multū in

vsu. Aui. in quinto cañ. in tractatu tertio de auris dolore hz vnã aliũ discreptionẽ sed non est eadẽ. Jo. Sera. in suo antidotario habet vnam aliam descriptionem que vocatur loch de granis pini. ⁊ ibi inquit astroculibe. et sunt grana pini.

¶ Pinus arbor scõm Jsido. in capi. de proprijs nominibus arborum vbi inquit. pinus arbor picea ab acumine foliorũ vocata. pinũ est antiqui acutũ notabant pinũ aũt aliã pitim: aliã greci peucẽ vocant. quã nos piceã dicimꝰ: eo q̃ desudet picẽ: nã i specie sibi differũt: in germanie aũt insulis huiꝰ arboris lachryma electuariũ signit. hic tex. Jsido. nõ acceptat: nã electuariũ non est lachryma pini: sed potius agiros et est gummi dictum charabe vt patet apud Simo. ianuẽ. Auicen. in. ij. cañ. facit vnũ capit. de grano pini: ⁊ aliõ de gloũ: ⁊ ibi dicit quod est granum pini maioris: certe illud nomen de gloũ apud arabes est de auellana maiore quã nos nucellam dicimus. hoc granum satis est notum.

¶ Auellane note sunt. Jo. Serap. in suo antidotario in cõfectione alchechingi quit abusc. ⁊ sunt auellane assate. Petrꝰ de crescẽtijs ait. auellane ex eis quedã sunt silue. que in nemoribus ⁊ sepibus nascũtur quedã domestice. silucstres sunt parue sapotose grossam testam habẽtes. Domestice vero quedã sunt rotunde grosse: et q̃dam longe ex quibus longe saporosiores sunt ⁊ citius maturant: et assant auellanc: vt dictũ fuit de cimino.

¶ Licritis est radix dulcis satis nota. Albuchasis in tractatu sẽo docet modũ faciẽdi succũ ipsius: et dicit quod fit de mẽse iulij: qꝛ tunc planta eius est plena succo. cassꝰ felix ca. de glicoritia inquit glicoritia grece ex eo dicta q̃ dulcẽ radicẽ habet: gliẽ est grece dulce dicitur. Hal. ait maius iuuamentũ q̃ó est in liquiritia est in succo radicis eius quidam praue sophisticant succum ipsius ex pulnere ipsius et melle.

¶ Amilũ. i. amidũ. Sera. in cap. de frumẽto docet duos modos faciẽdi amilũ siue amidũ. Hal. in. ii. ad partenianum dicit amilum omnibus notum. est enim quasi medulla frumenti.

¶ Climia seu cadimia vt apud Diascori.dicitur q bona est cipria ⁊ botiriades:et que spissa fuerit.Serapi.c. de climia inquit q eius species sunt due.est lapis repertus in cipro in curribus aquarum ⁊ est petrosa: et melior alijs speciebus climie:et alia generatur in fornacibus:et aggregatur in tecto fornacis quando purgatur

es:et generatur ex ere quando ponitur in fornace:et liquefit:nam resoluitur fumus ab eo ⁊ adheret parietibus fornacis in tecto eius ⁊c.fm modernorum opinionem climia est fuligo vel fumus qui adheret superioribus partibus fornacis in purificatione argenti: vel aliorum.vnde dicitur climia auri vel argenti:de qua vide in.ij.cano.Auicē.qui.c.de vtraq; facit:alle lapis quē dixit Sera.credo q̃ sit lapis dictus a vulgo calamina: seu calaminaris:de quo tingitur es.

¶ Modus autem lauandi climiā et adurendi habetur in lib.j.qui dicitur albucasis in lib.in capi.de modo preparādi katimiā:id est tuciā.nam climia est spēs tucie: et preparatur sicut tucia etiam Sera.in ca.de tucia habet modum lauandi tuciam:et dicit abluitur sic climia: lauatur etiam tuscia similiter:⁊ in ista materia lauatur ipsa cum aqua rosata.

¶ Cerusa.id est biacha que satis est nota.de modo abluendi docet seruitor in suo primo;libr.et eius modus iste est.tere cerusam in aqua sepe.⁊ proijce supra aquā sepe ⁊ fiat hoc sepe tandiu q̃ non appareat super aquā aliquid putredinis.deinde colligē:licca ⁊ reserua:⁊ bona cerusa est que multū est candida ⁊ partes eius sunt de se clare:⁊ quādo tangis eam digito inuenies partes eius lenes sine asperitate.

Sief rosatum ibidem. ℞.foliorum rosarū scilz rubearum.z.xv.croci.z.viij.opij.z.ij.spice inde.z.ij. gummi arabici.z.viij.aque pluuialis quantum sufficit.

Sief album. Rasis in nono almansoris in ca.de obtalmia. ℞.ceruse ablute.z.x.sarcocolle grosse.z.iij.draganti.z.j.opij.z.ʒ. fiant ex eis forme lenti similes.

¶ Istud sief apud nos nō est multū in vsu:⁊ eius modus est duplex:videlicet quod ipsum possumus facere cum opio ⁊ sine opio.si cum opio facere volueritis:addatur de opio in pōdere.vt dicit compositor: si nautem sine opio facere volueris non ponitur aliquid opij. Mesue in;ca.de obtalmia habet multas descriptiones:quarum vna est descriptio filij zacharie que eadem est nisi in vna re:hoc est q̃ Mesue habet amilum . Rasis vero non:in reliquis sunt idem.

¶ Sarcocolla secundum Auicen . est gummi arboris spinose:⁊ in ipsa est amaritudo : et melior ex ea est illa q̃ ad citrinitatem declinat : et est similis olibano.i. thuri. medici nostri dixerunt q̃ hāc medicinam in collirijs nō oportet ponere si nutrita non fuerit in lacte asine.Et eius modus iste est.accipe de sarcocolla bona alba grossa:et pone eam in vase vitreo amplioris orificij et mulge super eam lac asininum in quantitate pauca ne inundatur in ea:⁊ liquefiat:sed remaneat sic et pone subito in sole:vt cito desiccetur:⁊ quando erit sicca:oportet vt iterum mulgeas fm quantitatem prioris et semp caueas cooperias eam lacte:nec arescat lac antequ desiccetur ⁊ destruatur ⁊ fac ita quater ⁊ cum hoc feceris sicca bene ⁊ conserua:⁊ si nutrire volueris in lacte muliebri eadem forma ⁊ modo facias.

Sief de thure fm eundem in.ix.almanso.in capi.de vlceribus oculorum. ℞.armoniaci sarcocolle aā.z.ʒ.thurʒ.z.x.croci.z.ij.ʒ ficiat cū mucillagine fenugregi:et fiat ex eis sief.

¶ Istud sief non est valde in vsu. Mesue in.c.de vulneribus ⁊ vlceribus oculorū habet vnam aliam descriptionem que eadem est.

¶ Thus vero est olibanum de quo sup:a in introcis.de de olibano.

Sief de plūbo fm eūdē in eodē ca. ℞.plumbi adusti antimonij.tutie ablute calcucecamenon gūmi ara.dragāti aā.z.viij.opij.z.ʒ. terant ⁊ cū panno sericino.i.de serico qui fit subtilissimus cribellentur ⁊ conspergantur ex aqua pluuiali ⁊ fiat ex eis sief.

¶ Istud sief in vsu nō est. Mes.in.c.de vulneribus ⁊ vulceribus ocolorū : habet vnam aliam ex auctoritate filij zacharie.i. Rasis que eadem est.

¶ Plumbū spēs est antimonij. Pli.vocat plumbū quandā egritudinē oculi q̃ curat cū quadā herba q̃ grece vocatur molendina q̃ est dictu plūbago. Auic.in.ij. dicit alaunoch ⁊ alahabat vtrūq; est plumbū nigrum in quo est substantia aquosa multa quā cōgelauit frigus. Modū aūt adustionis eius docet bulchasis in li.j.q̃ est iste. ℞. laminas plūbeas:⁊ pone in olla fictili : ⁊ proijce super eas parū sulphuris radēdo ipsum sulfur sup eas:deinde accipe alias laminas plūbi:et pone super prunas: ⁊ iterū radas super eas de sulfure ⁊ iterū alias laminas superpone ⁊ sulfur rade ⁊ fac ita quousq; olla sit plena. deinde accende sup eas ignē:⁊ q̃n videris plūbum instar mari opz q̃ cōmisceas cū virga ferrea donec plūbū conuertatur i cinerē:ita q̃ nihil remaneat de substātis plūbi quin sit totū in cinerē cōuersuz:⁊ q̃n erit;ita aufer ab igne et dimitte infrigidari:⁊ opz ille qui facit cooperiat faciē suā:nam odor multum nocet:et sic vtere.

¶ Antimonij vena est terre similis plūbo: sed antimonium terit ⁊ nō funditur.plumbū vero fundit et;nō teritur.Diaf.vocat ipsum stibū et inquit stib⁹ formosus est et lucidus:et qui radiosus paret cū fractus fuerit:⁊ gustu salsus;et fragilis nihil habens terrosum aut sordidum:hunc multi obtalmon nomināt:hec est medicina ocularis:que est satis nota.

¶ Tutie vero nomen cadit super tres res : primo super id de quo Aui.in.ij.cap.propriū capi.facit sub nole tutie.Et;Dia.sub noie pōsolix cui sunt due spēs:vna quarū vocatur ponsolix a Dia.alia spodiū:que ab Aui.dicit;sucudus:et ambe sunt;fuligo ex fumo eleuato in fornace in;qua fit auricalcū:et eleuatur ille fumus a lapide;calaminaris:quo extinguit:et fit auricalcū:moderni generaliter loco spodij vtūtur osse elephantis cōbusto. Sal. in.viij.simplicij dicit caldimia:id est tussia.de mō ipsam abluendi vide albuchasim in lib.j.

¶ Calcucecamenum.i.eo vstum: ⁊ est;nomen copositū a chalchos q̃ est es eccamenon;incensum Dia.in cap. de ere.dicit es vstū q̃ alij calcucecamenon vocāt. Circa iustans es vstum.i.calcumenon. Auerrois in quinto coll'. ait calcecumenon : id est es vstum : idem ait. Leonar.de preda palea in ca.de vlceribus putredinis: et sic est fm veritatē:modū adustionis eius docet Dia. in propio ca.de ere.⁊ idem facit Serap.

Sief rubeum:scōm eundem in nono almanso.in.c.de scabie ⁊ sebel. ℞.ematitis colcotar ʒbusti.i.vitrioli citrini aā.z.iij.eris vsti. z.ij.mirre croci aā.z.j.piperis lon.z.ʒ. ʒspergantur ex vino veteri.⁊ fiant ex eis sief.

¶ Istud sief in vsu non est:⁊ dicitur renbeū a colore ipsius propter lapidē ematitē.i.sanguinariū qui ibi ingreditur. Mesue in ca.de scabie oculorū:hz vnā aliā descriptionem:⁊ loco ematitis:habet sedenegi.quod idē est.

Sief viride in.ix.almā. in.c. de vngula. ℞. ziniar.z.iij.cholcotar vsti.z.vj.arsenici rubei baurach:spume maris ana.z.j. salis armoniaci.z.ʒ.amoniaci.ʒ.gummi.z. ij. amoniacum in succo rute dissoluatur ⁊ species ex eo cōspergant.⁊ fiāt ex eis sief.est emi mirabile.

¶ Istud sief apud nos est in vsu. Mesue in.c. de scabie oculorum hz vnam descriptionem et eadem est.

¶ Ziniar.i.erugo eris. Liber q̃ vocat bulchasis i lib. primo docet modum faciendi ipsum:⁊ abluendi ⁊ colligēdi ex eo q̃ est bonū. Auic. in scho cap. de ziniar capi.facit;et

dicit species faciendi ziniar sunt cū ex aspersiōe eris in fece aceti:ꝛ rotatione limature eius cū aceto:ꝛ sepultura ipsius in loco humoroso:ꝛ inclinatur vas ereū super vas in quo est acetū.ꝛ dimittatur quousq; in ipso fiat ziniar. Auer.in.v.col.dicit.ziniar.i.viride es.ꝛ sic est fm veritatē. Wes.loco eiꝰ hꝫ floꝛē eris ꝛ idē nō est:vt dicit Simon Janu.verū hodie vnū pro alio ponitur.

¶ Spume maris fm Aui.ꝛ Ser.sunt quinq; spēs Idē dicit Dias.q; ipsam vocant alcioniū.fm Pli. qui similiter vocat.quatuor spēs tm describit Sal'.in trac.j.de memiri:in.c. de scriptis in alopicia ꝛc. ait adarcham.ꝛ in medio eoꝝ est vocata spuma maris. Minus flo. in li.ij. in.c.de cura scrofularum dicit punicis.i .spume maris: sed nō mihi placet:nam vera spuma maris est spissa solida grauis habens odoꝛē piscū putridoꝝ similis spōgie:ꝛ inuenitur in littoribus maris.

Sief de calcāto ibidē. ℞.eris vsti calcāti añ. ʒ.v.ziniar.ʒ.ij.salis armoniaci:bauracb arsenici sublimati añ.ʒ.j.terank: ꝛ per hebdomadam vnam dimittantur: deinde fiant ex eis sief ꝛ fricetur vngula cum eis.

¶ Istud sief in vsu nō est. Guil.lombardus vt dictū fuit describit troc.de calamento.i.calcanto.ꝛ idem sunt cuꝫ sief de calcanto:sed non recte. Nā aliud est sief.aliud est trociscus vt ostensum fuit.

¶ Calcantū apud Aui.in.c.de atramento est vitriolum viride.Idem facit aliud capitulū de calcanto.Io.arculanus in .c.de vngula dicit calcantum.i.vitriolū viride. idē dicit Sal. in.viij.simpli.ꝛ idem Sal'. dicit calcantos i.eris flos ꝛ est nomē cōpositum a calchas grece q̄d est es antos vero flos . vnde calcantos.i. eris flos : sed calcantum est vitriolum viride de quo fit encaustrum.

Sief de fellibus in.ix.almā.in.c. de aqua descendente in oculum. ℞. fellis grais : fellis sabot:fellis ircini.fellis accipitris fellis agle:fellis perdicis omnium siccorum vnū aut plura sumantur quoqꝫ pro oibus.ʒ.r.istorū siccorū euforbij colloquintide:serapini oīm añ.ʒ.j.trita aggregentur ex succo feniculi teneri:ꝛ mittantur in oculos.

¶ Istud sief nō est valde in vsu:ꝛ hoc venit qꝛ simplicia que in eo ingrediunt difficilia sunt inuenirī tpe debito. aliter magis in vsu esset. Wes.in ca. de debilitate visus ait.inquit Sal'.fella oia abstergunt oculū:ꝛ clarificant visum:ꝛ eligantur ex alaibus ibi dīs Wesue allegat q̄dam simplicia que etiam in isto sief ingrediuntur de q̄bus infra.

¶ Gruus est auis volatilis.cuiꝰ forma omnibꝰ nota est.

¶ Sabot est piscis.nā Wes.dicit ꝛ ex piscibus est fel sabot quid sit generaliter ignoraf.Bartholo.montagnana in suis cōsilijs:in cōsilio de medicinis cōis iuuamēti ad nocumenta stomachi visus ꝛ auditus in quodaꝫ collirio bono habet fellis sabot:ꝛ inquit;q; est piscis nominatus lucꝰ idē in cōsilio ad malā cōplexionē frigidā ꝛ humidā stomachi ꝛc.dicit fellis piscis sabot . ꝛ est lucius vel vairolus.ista verba nō conueniūt esse idē: nam aliud est lucius aliud est vairolus:verū aūt.est q; ipe est vairolus.et est piscis notatꝰ labraꝫ ꝛ hꝫ plura noia fm pronincias:nā sabot apud romanos vocatur spinula a venetis vairolus:ꝛ ab alijs louacius.

¶ Accipiter auis est quā nos in manu portamꝰ in ciuitatibus et alijs locis.Isidorus ait.accipiter dicitur accipetris ab capiēdo.est cū auis rapiens alias. auis auida.ideo vocatur accipiter hoc est raptor:qꝛ rapit . si q̄s accipit ipsum.fertur autē accipitres circa pullos suos impios esse:nā dum viderint eos posse tentare volatus nullas eis prebent escas:sed verberant pennis;et a nido precipitāt: atq; a tenero cōpellunt ad prēdā ne forte adulti pigrescant.vnde hec auis satis nota est.

¶ Aquila est auis ex volatilibus quā dñi italici pro signo victorie portāt. Wesue idē laudat:hec vero auis reperitur in partibus indie:et iuxta littora oceani etiam inuenitur apud nos tamen raro. Sera.facit ca.de lapide aquile:ꝛ inquit q; est lapis indus qui q̄n agitaf auditur intra ipm lapillus alius.et minera eius est in mōtibus indie inter chinoas et saradin. et greci noiant eā antarront:et expositio eius est alleuians partum.

¶ Perdix auis est que gne eius coturnix nūcupatur est cū auis que satis nota est.hec apud Aui. in.ij.caū.vocatur cubugi.Gentilis sup.iū.caū.de cura lubricitatis stomachi ait cubugi.i.pdix.Simon ia . ait cubugi:are. perdix et algel.Itē Watt silu.in litera c.ait cubugi.i. pdix.Io angli.in.c.de debilitate visus:et cecitate accidentali inquit. ℞.fellis galli aut pdicis:aut fasiani qui vocatur alcubugi a Wes.et q; cubugi sit capo seu gallus ex hoc colligi videtur:nā Aui.in.ij.caū.in.c. harmel allegans verba Dias.dicit q; ipsa trita cū melle et vino: et felle alcubugi et gallinarū:sed patere potest legenti q; Dia.in loco.allegato nō hꝫ fel alcubugi : sed caponis. Serap.vero etiā eodē loco ex verbo Dia.hꝫ fellis galli. Item Dia.in.c.de felle laudat fel cubugi. Sera.eodē loco auc.Dia.laudat fel galli.ex quibus possumus cōprehendere intentionē Aui.fuisse q̄d cubugi sit capo.et Serapi.q; sit gallus:sed intellexit vt opinor de gallo silueſtri.qui fasianus appellatur quē aliqui dicūt esse cubugi.licet velit fymon q; nō sit capo et mesue q̄d nō sit gallus nec perdix:nā Wes.in.c. allegato scripsit cubugi et galli et perdicis ex quo apparet q; fm eū idem nō sunt. tñ intēr to arabum est q; cubugi est nagel aut perdix.

Sief memithe secundum eundem in sinonimis que sunt in fine sui libri fit hoc modo: exprimitur succus memithe. et in sole desiccatur:ꝛ ex eis informantur pillule in modum nuclei dactilorum:vel informantur magdaleones parui.

¶ Istud sief non est in vsu : tamen eius compositio in alijs collirijs multum operatur.Memite vero secundū Serap.ex auc.Dia.est succus herbe eiusdē noisque est similis in folijs suis herbe specie papaueris dicti ceratides.i.cornuti.nisi qꝛ est in ea humiditas adherēs manui.ꝛ est propinqua terre:et habet grauem odorem habet multum succum:et color succi eius est similis colori croci hec apud Dia.sub isto nomine non reperitur verum est q; Dias.de ipsa.facit ca. sub nomine glaucium quod idem est quid autem sit communiter ignoratur: sed secundum existimationem modernorum est species celidonie et sine dubio hoc sonat:nam Serapinus in.c. de curcuma.idest celidonia inquit minor chilodomon: et est memithe.

¶ Nicolaus florentini.in lib.v.in.c. de hidropisi in speciali dicit memithe.i.volubilis minor sed nō bene sonat hic textus;nam idem in.vij.libri.in.c.de apostematibus emunctorijs; siue de bubonibus ait memithe idest celidonia quod recte dicit.Joan.arcu.in ca. de cura cephalee tam calide q̄ frigide,dicitur sief.memithe.i. succus memithe per decoctionem inspissatus vel ad solez et est herba similis papaueri dicta glaucium:et est species celidonie.Ille autem succus sic inspissatus dicitur sief.vꝫ sief memithe.et est medicina ocularis . Item Jo. anglicus in ca. de surditate et debilitate auditus ait. succus memithe.i.celidonie agrestis.

¶ Guilelmus placentinus ait.memithe est simile glādinibus coloris citrini.et est fructus cuius sēdā herbe q̄ nascitur in littoribus aquarum.Idem,dicit Aui.in.ij.caū. bulchasis in lib.secundo docet modum exprimendi succum ex memithe.et ignorat de ipsa inuenire veritatem quid esset.moderni vero habent ipsam per cognitionem veram:nam vt dictum fuit de mente Serap.ipse vult q; sit celidonia minor ꝛ sic hodie generaliter habetur opinio: Huis aliqui contradicāt dicentes q; memithe non

est celidonia: nã celidonia est calide cõplexionis memithe vero frigide: quibus respõdet q̃ ⁊ si celidonia sit calide cõplexionis, ppter hoc tñ nõ tollit quin memithe sit species celidonie vez celidonia minor: nã qui dicunt q̃ celidonia est calide cõplectiõis forte intelligunt de celidonia maiori, vel de eius succo vel radice: sed hoc nullã includit repugnantiã q̃ celidonia minor nõ sit frigide virtutis: non enim repugnãt in eadẽ specie esse indiuidua seu simplicia diuerse cõplexionis: ⁊ hec apud lombar. reperitur in hortis ac locis aquosis ⁊ est quam anglicam sine archangelam vulgo vocamus ⁊ sic si legis bene tila. c. videbis q̃ angelica est memithe in foliis. in colore. in radice. ⁊ in reliquis preterea in foliis multum similatur celidonie magne.

¶ Habita sectione de fiel. cõsequenter elucubrabimus sectionẽ de pillu. fm mentẽ diui Me. ⁊ aliorum doctorũ clarissimorũ. Si modo tenues vires nostras paululuz refocillauerit ipse deus bonorũ oim largitor: sine cuius nutu que fiũt omnia cassa atq̃ irrita extant. Jo igitur adiutor ac protector noster adsit.

¶ De pillulis.

PIllule alephãgine ex inuentione Me. quarũ interptatio ait pillule de aromatib⁹ ℞. cina cubebe. i. mirti albe ligni aloes calami aromatici macis nucis muscate cardamomi gariofilorũ assari masticis squinãti spice carpobalsami añ. ʒ. j. absinthij succi rosax añ. ʒ. v. terant cõtritione grossa ⁊ fundant sup ea aque lib. xij. ⁊ coquant vsq̃ ad cõsumptionẽ duarũ partiũ: deinde fricent manib⁹ ⁊ colentur ⁊ exprimat aquositas ei⁹: ⁊ recipe aloes succotrini boni li. j. ⁊ lauet ĩ scutella lapidea vitreata cũ aqua pluuiali lauationib⁹ pluribus: deinde exiccetur ⁊ fundatur super ipm expressionis predicte circiter li. ij. ⁊ terantur in sole. deinde admisceant cũ aleo mirre masticis añ. ʒ. v. croci. ʒ. iij. tere contritione bona. deinde predicte expressionis residuũ sup ea fundatur et cõuertant vsq̃ dum siccẽtur: ⁊ fiant ex eis pillule in modum ciceris: ⁊ da ex eis añ. ʒ. ij. vsq̃ ad aur. ij.

¶ Iste pillule apud medicos nros sunt nobiles ⁊ ipsis vtunt multũ sub noie pillularũ alefanginarũ ⁊ de aroztibus, q̃ idẽ est pillula aũt a rotunditate dicitur: nam eius forma est vt pila qua ludit. etiã põt dici q̃ dicunt pillule a pistando: nam ipse fiunt cum pistello in mortario cũ multo labore. in aliquib⁹ libris inuenit pillula pro cataputia. papias catapodia dicta eo q̃ modica potetur vel inglutat ⁊ est pila. in li. de greco translatis reperitur sepe catapodia pro catapuna. Sunt ex hoibus qui fortasse queritabunt: quare inolcuit vsus q̃ pillule dentur in numero impari laxatiue. Ad hoc rñdet cõciliator differentia. xlix. circa medũ differentie dicens q̃ ille pillule debẽt agere: actionis aũt ratio sumitur a forma tanq̃ ab eo q̃ ipsius est principium sustentatiuum ⁊ non a materia. Impar vero habet rationem forme et multa alia dicit que videas.

¶ Aloes succotrinus fm ipsum Mes. est nobilior aliis speciebus aloes. ⁊ vt succotrinũ q̃sit in succutri. puincia ⁊ hec plantꝰ apud arabes vocat zambaera. Jsi. in ca. de herbis aro. ait. aloe herba amarissima succi panace. Papi aloe spes aromatica amarissimi succi herba resistens vermibus ⁊ putredini. si abluere vis aloen, qui ibi ingreditur fac fm formam quã tradit Mes. ibi fm quosdã predictus aloes lotus debet poni in iera. Sale. ac in aliis locis. sed supra ostendi per aliã viam in iera. Sal. vt docet bulchasis in trac. ij. qui inferꝰ in ca. alleg. inquit ⁊ vtere in medicinis laxatiuis ⁊ in speciebus iere. ⁊ in aliis medicinis in quibus aloes ingreditur.

Pillule stomatice caput ⁊ stomacũ mundificant. ℞. iere pigre. ʒ. iere simplicis Sal. ʒ. vi ij. triũ mirab. añ. ʒ. iij. agarici. ʒ. ij. turbith boni. ʒ. x. epithimi cretẽsis. i. illius insule añ. ʒ. ij. ʒ. salis indi. i. salis nigri. ʒ. ij. absinthij scamonee añ. ʒ. iij. penidiarũ. ʒ. iij. ⁊ fac pillulas cũ succo scariolarum. dosis eius est. ʒ. ij.

¶ Iste pillule fm quosdã sunt quibus vtimur. Me. aũt in distinctione de pillulis hz multas descriptiones sub noie pillularũ stomaticarũ ⁊ oes differunt inter se: verũ oes stomacũ mũdificant ⁊ propter id sunt qui faciunt vnam descriptionẽ pro alia: moderni vero doctores laudant primam descriptionem ⁊ penultimã. i. ex his q̃ in hac distinctione ponuntur ⁊ sic infra apparebit alia descriptio Mesue habet trium mirabolanorum qui sunt isti. scilicet citrini chebuli ⁊ indi. nam belerici ⁊ emblici nõ computantur inter species mirabolanorũ. quare idẽ et Sera. de illistribus in vno ca. loquuntur: et alij separata faciunt capitula.

¶ Scariola de ipsa dictum fuit in sirupo de cicorea.

Pillule aggregatiue ex inuẽtione nra. ℞. mirabola. citrinorũ rauedseni añ. ʒ. iiij. succi eupatorij succi absinthij ana. ʒ. ij. scamonee anthio. cocte in pomo. ʒ. v. chebulorũ indox agarici coloquintide polipodij añ. ʒ. ij. turbith boni. aloes añ. ʒ. vj. masticis rosarũ salis gem. epithimi anisi zinzi. añ. ʒ. j. electuarij rosati quantum sufficit ad aggregationem. fiant pillule grosse: da. ʒ. j. vel aur. j.

¶ Iste pillule sunt ex intentione Me. ⁊ sic fm istã descriptionẽ sunt apud quosdam in vsu. sed medici moderni laudant magis aliam descriptionem que ꝯ descriptio pillularũ aggregatiuarũ maiorũ. et sic describã ipsas. Aui. in. v. cañ. hz vnã descri. et dicunt pillule aggregatiue filij hilbegen. sed idem non sunt: nec sunt in vsu.

¶ Scamonea anthiochea. i. illius puincie. idẽ in. c. de scamonea magis laudat anthiochenã ⁊ armenã: ⁊ laudat illã q̃ est in colore clara sicut gũmi subalbida: ⁊ sit frãgatur cum aqua vel saliua fiat sicut lac et sit tenera ad frangendũ et puluerizandũ et in pondere sit leuis: ⁊ sit in odore bona: nõ grauis: remota vero ab his proprietatibus nõ est bona. Conseruatur quoq̃ per annos. xx. verum quãto antiquior tanto nobilior.

Pillule aggregatiue maiores. ℞. bdellij mira. nigrorum. i. indorum belericorum. embli. añ. ʒ. iiij. turbith boni ⁊ electi. ʒ. xiij. seminis apij feniculi: anisi carui: ameos origani rosarum seitaragi indi harmel hermodactili. salis indi. i. nigri masticis hermõ. añ. ʒ. j. ʒi ziberis. cinamo. carda. croci. spice acori. cassie añ. ʒ. ʒ. serapini. ʒ. iiij. coloquntide. ʒ. iij. penidiax al. ʒ. iiij. aloes succotrini. ʒ. xv. confice cum succ. caulium. ⁊ inunge manus tuas cũ oleo sambucino.

¶ Iste pillule apud nostros phisicos sunt vsuales. dicũtur autem maiores ad differentiam minorum eo q̃ plus

ra simplicia ingrediãtur. Supra posita fuit alia descri. pillula. ex inuẽtione sua: que etiam sunt laudate.

Seiteragi indum vide de ipso in confectione trifere saracenice. Hec est quã Dia. lepidum vocat. ⁊ fm Paulũ est hebederidos fm Plin. hibederidam quanq̃ ficto nomine inuentioni eius assignato carmine nascitur maxime circa vetera monumenta parietinasq̃ et occulta iterum flores semper folio nasturtij caule cubitali: semine tamen paruo vt vix aspici possit radici odor nasturtij: vsus estate efficacior ⁊ recenti tantum hic est quam lõbardi crisonam vocant.

¶ Harmel .i. tertium genus ruthe fm Matthe. siluati. harmel scriptum cũ h. est semen cicute ⁊ armel scriptuz sine h. est genus rute. candẽ habet opinionẽ lumen tenebrosum: q̃ harmel sit cicuta: sed falsum est: sed harmel cũ .h. est tertiũ genus rute. nã Dia. in .c. de ruta quasi in fine ait. alterum genus rute qõ nascitur in macedonia ⁊ galatia: quam molin. ciues appellant. Idẽ in fine ait rutam multi armolam vocant sirij vasasa: nascitur in locis cultis. Aui. in .ij. cañ. inquit ruta siluestris vehemẽtioris est nigredinis quam alchermel cum h. item lege capitulũ de harmel scriptum cum litera h. apud eundẽ est idem cum ca. de armola apud Dia. idem in .iiij. cañ. in .c. de curatione morsus viperarum cũ eo quod sicut Canon ait rutha siluestris. ⁊ non est alharmel fm q̃ existimauerunt quidã: imo est species ruthe ipsius. ⁊ sic est sine dubio. sed Auer. in .v. col. ait. alharmel .i. cicuta qõ falsum est. nam fm plures sapientes creditur q̃ harmel cum h. et sine h. idẽ sit. ⁊ possibile non est q̃ harmel cum h. sit cicuta: nam Sera. de harmel cũ h. ca. facit: cuius sermã hic volo describere: vt magis appareat veritas: et hec est harmel fm Serap. nominatur moli. ⁊ nominant eã multi rutã siluestrẽ. et est planta que egreditur ex vna radice cum multis ramiculis: ⁊ habet folia longiora foliis ruthe alterius ⁊ meliora habentia graue odorem: ⁊ habet florem albũ ⁊ capitella maiora satis q̃ capitella ruthe domestice diuisa tribus diuisionibus in quib̃ est semen amarũ: cuius color est ad rubedinem declinis. et habet tres angulos. ⁊ est id qõ de planta venit in vsum medicine: et ipsum maturat ⁊ colligitur in autumno: ⁊ sic est si aggregaueris rutham siuestrem qua vtunt̃ moderni eadem est cum illa.

¶ Sambac siue zambac .i. ieseminum. ⁊ fit oleum de eius floribus: sicut infra ostendam si deus voluerit.

Pillule de eupatorio maiores. ℞. mira. citrinorũ succi eupatorij: succi absinthij añ. ʒ. iij. rauedseni. ʒ. iij. ʒ. masticis. ʒ. j. croci. ʒ. ʒ. aloes boni. ʒ. v. confice cum succo endiuie. docis eius. ʒ. ij. cum aqua casei.

¶ Has pillulas apud nos non habemus in vsu maxime secundum istam descriptionem. idem describit vnaz aliam descriptionem pillularum minorũ. sed in vsu non sunt. Aui. in .v. cano. habet vnam aliam descriptionem: sed eadem non est.

¶ Eupatorium .i. gafit. Plini. eupatorium regiã habet auctoritatem caulis lignosi nigritantis: hirsuti cubitalis: aliquãdo et amplioribus foliis per interualla quinq̃ vt canapis per margines incisis nigris: et ipsis plumosis radice superuacua.

Pillule de reubarbaro. ℞ecipe rauedseni. ʒ. iij. succi liquiritie. succi absinthij. masticis añ. ʒ. j. mirab. citrinorũ. ʒ. iij. ʒ. seis feniculi: apij ana. ʒ. ʒ. trocisci diarodon. ʒ. iij. ʒ. hiere pigre. idest specierum hiere Galeni. ʒ. x. confice cum aqua feniculi: ⁊ da. ʒ. ij. cũ aqua casei calida in sero.

¶ Has pillulas habemus in vsu. Mesue inquit quod sunt pillule de reubarbaro: sed loco reubarbari habet rauedseni: quod idem est: ergo possumus dicere quod pillule de reubarbaro et pillule de raued. idẽ sunt: ⁊ sic meo tẽpore vidi apothecarios dare pillulas de reubarbaro pro pillulis de raued. sed errant multum: nam si vides bene Mesue. in hac distinctione de pillulis. habet descriptionem pillularum de reubarbaro que conferũt ad febres antiquas: et pillularum de rauedseni que cõferunt ad opilationes splenis: que nec in virtute nec in alijs concordant. ⁊ sic apothecarij et etiam medicus debent scire differentias quesunt in ipsis: et sic in multis alijs.

¶ Reubarbarum fm Isi. est reupontiũ: sed non recte. vide de eo in confectione de rauedseni.

Pillule de alchechingi ex inuẽtione nostra ℞. absinthij ⁊ succi eius: et succi eupatorij: aloes mirab. citrinorum: masticis: croci rauedseni: lacce ablute. anisi assari: cassie fistule: seminis fumiterre ana. ʒ. ij. hiere pigre. ʒ. iij. confice cum aqua solatri: ⁊ si est tussis cuz febre pone venarum liquiritie: sunt enim sane ⁊ experte.

¶ Has pillulas habemus in vsu: sed nõ multũ. Occurrit hic dubitatio similis ei que occurrit in diacucurma in qua licet dicat curcuma: nõ tñ ingredit cucurma: sic in his pillulis: licet nõ ingredit alchechingi: dicunt tñ pillule de alchechingi: sed fm quosdã possunt dici a compositore vel quod vitio scriptorum descriptio non est integra: vel potius quia conficiuntur cum aqua solatri quod est species alchechingi.

Pillule inde quas scribit Hali. ℞. mirabola. nigrorum ellebori nigri: polipodij añ. ʒ. v. epithimi sticados añ. ʒ. vj. agarici: lapidis lazuli loti .i. abluti: colloquintide: salis indi. añ. ʒ. iiij. succi eupatorij: spice añ. ʒ. ij. gariofi. ʒ. j. hiere pigre. ʒ. hiere galeni. ʒ. xij. fiãt pillule cum succo apij. dosis eius est añ. ʒ. ij. vsq̃ ad aure. ij.

¶ Has pillulas habemus in vsu. dixerũt quidã q̃ dicũt urande. qz in partibus indie sunt magis in vsu q̃ in partibus alijs. alij dixerũt q̃ dicunt̃ inde, ppter sal indũ qõ recipiunt: ⁊ per sal indũ intelligitur sal nigrũ: sed cũ caremus eo: sapientes volunt quod loco eius ponamus sal rubeum: quidam ponunt zuccarum candidum: sed non est ei proximum vt est sal rubeum.

Pillule ℈ sarcocolla. ⁊ sunt pillule albe. ℞. sarcocolle. ʒ. iij. turbith. ʒ. iiij. coloquintide. ʒ. j. ʒ. zinziberis. ʒ. j. ʒ. salis gemme. ʒ. j. dissolue sarcocollã in aqua rosata: ⁊ cõfice alia cuz ea et fiant pillule. sunt enim sane et experte. Dosis. ʒ. j.

¶ Has pillulas habemus in vsu: ipse Mesue in cap. de sarcocolla habet vnã aliã. descriptionẽ ex auto. Haliseni ⁊ idẽ sunt: sarcocolla est gũmi arboris que est sicut frutex ⁊ est spinosa cuius rami sunt nodosi ⁊ colligit ex ea gũmi. et est eius aliud album sicut thus et aliud subcitrinũ. Electio fortius est subcitrinum albo ⁊ quod est amarius melius et modus nutriendi ipsam est q̃ infundatur in lacte asine per quatuor vel quinq̃ dies ⁊ semp infundendo lac super eam: ⁊ hoc facias in scutella lapideas. supra de hoc in quodam stef melius ostendit.

¶ Sal gemma .i. sal capadotiũ. Me. in .c. de specieb̃ salis dicit qõ sal gẽma est sicut cristallus scindibilis. Idẽ dicit Aui. in .ij. cañ. in ca. de sale. quidã dixerũt quod sal gẽma dicit. qz est clarũ vt gẽma ⁊ est vena terre: ⁊ habet effectũ salis armoniaci de quo circa instans ait sal gẽ-

ma ꝓ:q: gẽme assimilatur:vel qꝰ clarum est vt gemma. ⁊ de co fiũt suppositoria vt est notum omnibus.

Pillule fetide maiores. ℞. serapini:armoniaci:oppoponacis: bdellij: colloquintide: harmel aloes epithimi añ.ʒ.v. hermodactilorũ alscebraz añ.ʒ.ij. scamonee.ʒ.ij. cinamomi:spice:croci:castorei.añ.ʒ.prio turbith.ʒ.iiij.ʒ.zinziberis.ʒ.j.ʒ. euforbij. dragme vnius partes duas dissoluatur gũmi in aqua porri ⁊ fiant pillule.da.ʒ.

¶ Has pillulas habemus in vsu. Fetide autẽ dicunt: qꝰ fetidos ⁊ corruptos humores ꝛducunt:vel dicunt fetide:qꝰ ingrediuntur quedã fetida.idẽ in ca.de egritudinibus nerworum habet quatuor descriptiões: quarũ vna est maior:⁊ hec est ex auct. Sal. alia est minor:⁊ credo qꝫ nõ sit ex auctoritate cius.idẽ: postea alie due descriptiones sunt ex auctoritate filij zacharie siue Rasis. et sic sine dubio Rasis in nono alman.in.c.de paralesi posuit pillulas fetidas quas iple cõposuit:sed non sunt in vsu. Idem in lib.diuisionũ habet vnã aliã descriptionẽ. Aui.in.v.cañ.hz quatuor descriptiões q̃ in vsu nõ sunt.

¶ Alcebram.i.scebrã. Aui.in.ii.cañ.dicit scebrã quidez ortũ in hortis habens cannã subtilẽ. equalẽ et habet pilos et folia sunt sicut tarcõ fm qꝫ existimo. ⁊ habet lac sine dubio scebrã hz lac et est spẽs lacticiniorũ: sed non cõputatur inter septẽ species titimalorum que a Dia. et Sera. describunt. Mesue ait alchebrã est species laticiniorũ ⁊ est solutiuorũ.rusticorũ.⁊ eius aliud est magnũ: habens radices rotũdas ⁊ grossas : ⁊ aliud est parnuz habens radices subtiles:et est tenuis corticis:magnuz est malũ:paruũ vero est illud qꝫ eligitur.⁊ melior pars plãte est cortex radicis eis.et lac eius est acutius ⁊ fortius. Hoc est quã nos esulã vocamus:nã arabes vocãt ipsam scebrã nos vero esulã.hec apud nos in pratis ac aliis locis inuenitur est similis linarie:sed ipsa non hz lacrude dicitur. Esula lactescit sine lacte linaria crescit. ⁊ est medicina rusticorũ:vt supra dixi. Diff. rẽtia aũt est inter scescebrã ⁊ scescebrã:nã scescebrã est esula:et scescebrã est ozimũ carmenũ de q̃ vide supra in diana sturtio.

Pillule de serapio. ℞. serapini armoniaci bdellij.oppopo.aloes: castorei: harmel añ. ʒ.ij.coloquintide.ʒ.iij. fiãt pillule cum aqua porri.

¶ He pillule raro habentur in vsu. illa vero descriptio que est magis in vsu:est vna alia quaʒ idẽ inferius describit. Aui.in.v.cano.habet vnam aliam descriptionẽ: sed non est in vsu. Serapinũ apud Diaf. vocatur sagapignũ:et est lachrymũ ferule nascens in india eligendum est limpidum foris ruffum intus albuz odore filij i.asse fetide ⁊ galbã habẽs gustũ viscidũ. Mesue autem ait.serapinũ est gũmi alacehundeg . ⁊ est arbor similis oleãdro.i.nercon mantano ⁊ melius est cuius intra est subrubeũ ⁊ subalbidũ ⁊ qꝫ hz odorem porrorũ ⁊ qꝫ est facile resolubile in aqua ⁊ est clarũ ibi Me.docet de mõ preparandi ipsum.duobus modis.

Pillule de euforbio. ℞. euforbij: coloquintide: agarici: bdellij: serapini añ.ʒ. ij. aloes ʃ.succotrini.ʒ.v.fiant pillule cum aqua porri: portio est añ.ʒ.ʒ.vsq̃ ad.j.

¶ Has pillulas habemus in vsu.maxime fm istam descrip. Aui.in.v.habet vnam.que eadem est in simplicib⁹ sed differt in vno vez qꝰ Mes. vult qꝰ conficiantur cum aqua porri. Aui.vero.cum aqua caulium.

¶ Euforbium fm Mesue.est gummi excedens oia genera gummi in calefaciendo ⁊ subtiliando: ⁊ melius ex eo est leue frangibile habens colorẽ pallearẽ ⁊ clarum: ⁊ qꝫ est ychemẽtis acredinis.⁊ odorus valde acuti:⁊ qꝫ est recens:super quod iam preteriit annus recens vero anni sui est sicut venenum ⁊ ignis.

Pillule de rauedseni. ℞. rauedseni.ʒ.vij. armoniaci:serapini:bdellij añ.ʒ.x.lacce.ʒ.viij. oppoponacis.ʒ.iiij.mezereon gũmi.ʃ. gũmi arab.añ.ʒ.iiij.turbith.ʒ.x. spice nardi:polij. i.polij montani:aloes ana.ʒ.v.masticis.ʒ.ij. mirab.citri.ʒ.x.dissolue ĩ vino gũmas: ⁊ fac pillulas.dosis eius est.ʒ.ij.cum aqua casei.

¶ Iste pillule ab apothecariis tenenꝰ cõfecte:⁊ sunt in vsu sub noie pillularũ de rauedseni:nõ aũt ista descrip. dz dari pro pillulis de reubar. qꝰ hz rauedseni sit reubarbarũ:tũ pillule de reubarbaro. nõ sunt eedẽ : vt dictum fuit supra. Rasis in.ix.alman.habet vnam descriptionẽ in ca.de hydropisi:sed non est in vsu.

Pillule de mezereon. ℞. foꝰ.mezereon.infusorum in aceto ⁊ exiccato.ʒ.v. mirabolan.citrinorum.ʒ.iij.chebulorum.ʒ.ij.confice cum tereniabin.i.manna ⁊ tamarindis dissolutis in aqua endinie.

¶ Has pillulas habemus in vsu. dicunt aũt de mezereon:qꝰ ibi magis ingreditꝰ mezereõ quã aliud simplex. Christopho. de honestis inquit:pillule de mezeron.i. de laureola:sed falsum est nam mezereon vt dictũ fuit in confectione almezereon non est laureola.

Pillule lucꝫ maiores. ℞. rosarũ violaꝝ absinthij colocyntide ꝓ q̃ pone troc.alandahal: turbith:cubebe calami.aroma.nucis muscate:spice epithimi:carpobalsami: xilobalsami.sileris seminis ruthe:squinãti assari: masticis gariofilorũ. cinamomi:anisi: feniculi: apij:cassie:croci:macis añ.ʒ.ij.mirab.citrinorũ:chebulorũ indorũ: emblicorũ:bellericorũ:rauedseni añ.ʒ.iiij.agarici sene añ.ʒ.v. eufragie.ʒ.vij.aloes succotrensis: ad pondꝰ omnium confice cũ succo feniculi:dosis eius est ana.ʒ.ij.vsq̃ ad.iij.

¶ Iste pillule apud nos sunt in vsu:dicunt aũt lucis:qꝰ valent ad oculos medendos:vel dicunt lucis:qꝰ obscuritatẽ oculorũ prout sol noctẽ remouet:de iplis reperiũtur ibi maiores ⁊ minores ſ maiores sunt ille quas nostri medici laudãt.verum sunt ex hominibus qui faciũt vnã aliã descriptionẽ pro alia eo qꝫ in minoribus pauciores res ingrediuntur: ⁊ propter id ambas describã.

¶ Eufragia est herba que apud nos in pratis reperitꝰ ⁊ est minuta herba.mirabiliter medetur egritudinibus oculorum et propter id Mesue in sua practica in.c. allegato:vocat ipsam herbam adhil.feniculus similiter vz in illa materia.vniversus. Feniculus verbena rosa celidonia ruthe. Ex istis fit aqua que lumia reddit acuta. ⁊ non est completus versus nisi addatur capillus veneris eufragia et betonica.

Pillule lucis minores intẽtiõe maiorũ. ℞. xilobalsami.i.ligni balsami.carpobal.añ.ʒ. j.celidonie.ʒ.v.rosarũ violarũ absinthij:eufragie añ.ʒ.iij.sene epithimi:mirabo.citrinorũ:chebu.indorũ.bellericorũ ẽblicorũ:agarici colocyntide.squinãti licij: lapidis lazuli añ.ʒ.j.ʒ.aloes boni ad pondus omnium cõfice cum succo feniculi aut celidonie.

¶ Celidonie secōm Plinīū genera sunt duo. Maior fruticoso caule folio pastinace erratice amplior ipsa altitudine duorum cubitorū: color albus flos luteus: minor folia hedere rotundiora minus candida succus vtriusq; croccus mordax semen purpureum florent aduentu irundinum discessu marescunt.

¶ Licium Dia. est eligendū intus colore rufo. ⁊ deforis nigro qd diuisum brumū habet stipticū: est ⁊ coloris rufi. ⁊ crocei apparet cū gusto amaro sicut est indicū qd et melius. arbor vnde fit est lithios appellata siue exacanton folia buxo similia atq; spinosa generans. nascitur in dumosis locis: cuius folia ⁊ grana ⁊ radix in vnū cōtundūtur: ⁊ ex aqua dulci coquūtur vsq; ad crassitudinem. apud Sera. vero sunt folia spinosa ⁊ hz ramos lōgitudine duoꝝ brachiorū. Pli. antē ait. fit ex arbore spinosa fructu simile piperi precipue amaritudinis foliis paruis. Auicen. in. ij. canōn. de ipso duo facit ca. vnum quod incipit feluzeharagi. aliud quod incipit liciū. Jo. Sera. in antidotario in ca. de epithimatibus ait. liciū. i. felneragi. liber qui dicit Bulcasis in tractatu. ij. ait. sūt qui faciunt licium ex radice arboris que dicit curtā. et species eius licii nominatur coyagulē ⁊ est quoddā qd affertur ex aliemen. et sunt qui faciunt licium sm hunc modum vt ibi docet: neq; per id cognoui quid sit. Sentis super quintum Auicen. in fine inquit. bel est herba qua fit licium: in vno alio loco super quodā passu quarti ait. liciū fit ex arbore spinosa q̄ vocatur azarach siue oxilacantos: qd est notū. Sual. piacentinus ait. licium est succus granorum cabriosie vel cornastelli. Nico. dicit licium est succus de floribus capifolii vel oculo lucidi. Idē in litera o ait oculus lucidus: idest capifolium vel matrisilua. vide ergo si bene ꝓsideretur ca. Dia. de licio q̄ eius arbor est exacanthos ⁊ sm Bētilem est azarasch siue oxilacūthos. i. spina acuta. ergo licium fit ex arbore spinosa q̄ apud nos berberis vocatur: nā sine dubio est cōsonū. qz vt dictum fuit. Bēti. in vno loco allegato dicit q̄ bel est herba sed debet dicere arbor: de qua fit licium. bel vero apud Se. est arbor granati silucstris qd idē est: ⁊ sic meo tēpore vidi facere liciū ex fructu arboris granati silucstris que proprie est berberis q̄ apud Ma. oxiacacantos dicitur. ⁊ hoc liciū est optimū. verū sunt ex hominibus qui faciunt liciū vt dicit Nicolaus de quadā herba q̄ matersiluarū vocat: ⁊ hec apud nos iuxta hortos nascit: cuius folia sunt ex vno latere subalbida ⁊ ab altero viridia se adherēs ⁊ inuoluens sepius sup alias plātas ⁊ hec a nostris rusticis dicitur scizo sz est debilius prioze: etiā sunt ex hominibus qui faciunt liciū ex fructu nigro cuiusdā arbusti qd quidā lustragū vocant. cuius folia sunt simlia folīs buxi ramuli recti quibus cauce auicularum fiunt succo granorum exp̄so ⁊ cocto in quo etiam inuenitur idonea efficacia: et habet licium primum ⁊c.

Pillule stomatice nostre stomachū ⁊ caput mundificant ⁊ accipiūtur omni tpe. ℞. turbith. ʒ. x. masticis. ʒ. iiij. rosa. ʒ. iij. aloes optimi ad pondus oim cōfice cū succo absinthij.

¶ Iste pillule cum alia descriptione. ꝯ. posita sunt ille quibus vtimur.

Pillule alādahal. ℞. troci. alādahal. ʒ. x. salis gēme. ʒ. j. laudani. ʒ. xij. olei rosati quantum sufficit: et sunt experte.

¶ Has pillulas habemus in vsu sub nomine pillularū alandahal sine hermetis: nō ꝯ debemus vti sub nomine pillularū alādahal: vt quidā credunt: nam vide q̄ Mesue in sua distinctione de pillulis hz pillulas alādahal hermetis: ⁊ pillu. alādahal sine hermetis ergo differunt inter ipsas: ⁊ per tro. alādahal intelliguntur troc. de coloquintida: quorum descriptio superius est posita.

Pillule de agarico. ℞. agarici: masticis aā. ʒ. iij. radicis lilij celestis: prassij. id est maru-bij ana. ʒ. j. turbith. ʒ. v. iere pigre. ʒ. iiij. coloquintide: sarcocolle aā. ʒ. ij. mirre. ʒ. j. confice cum robub. i. rob ⁊ est mustum coctum.

¶ Iste pillule sunt multū in vsu. Idē Me. in. c. de asmate habet vnam aliam descriptionē que eadem est. Aui. in. iij. cap. in sen. x. in. c. de cura asmatis habet vnaz aliā descriptionem que eadem est.

¶ Agarici aūt virt⁹ est magnificata vt docet experientia: nō solū in euacuando flegma qd a predominio euacuat. verū etiā alios humores farmaco educibiles.

¶ Lilium celeste apud Aui. est yzeos. Mesue in alia descriptione habet yzeos: quod idem est.

Pillule de turbith: ⁊ dicūtur pillule auree. ℞. turbith boni. ʒ. xvj. aloes. ℥. j. ʒ. masticis rosarum aā. ʒ. vij. mirabo. citrinorū. ʒ. x. croci. ʒ. iij. Confice cum succo absinthij.

¶ Has pillulas habem⁹ in vsu sub nole pillarū turbitharū: etiā sunt in vsu sub nole pillularū aureārū. Mesue tñ qñ medic⁹ ordinat pillulas aureas intelligit sm descriptionē que est de mēte Nicolai. Joan. Serapio in suo antidotario ait. pillule albeen: ⁊ dicuntur pillule albeen: ⁊ dicuntur pillule aureē: sed non sunt in vsu.

Pillule de lapide lazuli. ℞. lapidis laz. abluti. ʒ. vj. epithimi: polipo. ana. ʒ. viij. scamonee ellebori nigri: salis indi. i. salis nigri. aā. ʒ. ij. ʒ. agari. ʒ. viij. gariofi. anisi aā. ʒ. iiij. hiere pigre. scilicet hiere Gal. ʒ. xv: confice cū succo endiuie.

¶ Has pillulas habemus in vsu. lapis lazuli sm Ser. oportet q̄ eligatur color cui⁹ est celestis multū: ⁊ est lenis sine asperitate ⁊ sine mixtione alterius lapidis: qui nō frangit facile: ⁊ cuius frusta magna. Mesue de ipso loquitur in ca. de lapide stellato: modus autē abluēdi cum dictus est supra: ⁊ sicut ablui lapis lazuli sic etiā abluitur lapis armenus.

Pillule de lapide armeno. ℞. lapidis armeni preparati: iere pigre ana. ʒ. v. epithimi polipodij aā. ʒ. viij. scamonee cocte in citonio. i. diagredij. ʒ. iij. gariofil. ʒ. ij. salis indi. ʒ. j. ʒ. confice cū succo solatri. id est herbe moze: vel mozelle.

¶ Has pillulas habem⁹ in vsu: sz raro idē Mesue in. c. de soda frigida ab humore melācolico hz vnā aliā descriptionē q̄ est ex auctoritate alexandri: sed non idem est.

¶ Lapis armenus sm Mesue melior habēs colorē medium inter viridē ⁊ obscurū terreū ⁊ indū ⁊ hz maculārū distinctiones virides ⁊ nigras. Auic. ait. in ipso est aliquātulū azuli coloris: ⁊ non tñ est in colore azuli: ⁊ non est in eius soliditate. ⁊ modus abluendi ipsum est sicut abluit lapis lazuli: cui⁹ mod⁹ supra fuit posit⁹.

Pillule ad oēs morbos catarri ⁊ corrize et tussis catarralis. ℞. mirre pure. ʒ. vj. olibani. i. thuris. ʒ. v. opij iusquiami aā. ʒ. iiij. croci. ʒ. j. ʒ. radicum lingue canis. ʒ. iiij. ʒ. fiant pillule et administrentur.

¶ Iste pillule apud nobiles medicos sunt multū in vsu sub nole pillularū ad oēs morbos catarrales etiā sunt in vsu sub nole pillularum de cinoglossa. Sed hoc est ex secretis medicine ⁊ a multis cognite non sunt. Nicola⁹ hz vnā aliā descriptionē: sed sue proprie vocantur pillule de cinoglossa: sz non sunt in vsu tamen infra apparebit earū descrip. etiā infra apparebit vna alia descript. pillularū que dicūtur pillule de alchaiber. i. cinoglossa:

sed non tenentur confecte.

¶ Lingua canis.i.cinoglossa.⁊ componitur a cinos qd est canis ⁊ glossa quod est lingua inde cinoglossa.i.lingua canis Jo.angli.in.ca.de scissuris labiorum inquit. cinoglossa.i.lingua canis. Mesue nō ponit cum quo liquore debeāt fieri:sed vidi ipsas confici ex succo radicis ipsius cinoglosse.

Pillule de serapino experte. ℞.serapini armoniaci.oppoponaci.bdellij añ.ʒ.ij.ʒ.seis apij.ameos.armel.anisi añ.ʒ.j.acori seitaragi indi.i.lepidi.calamēti folij cētaure.polij. costi.salis gēme añ.ʒ.ʒ.aloes.ʒ.vj.coloquintide.ʒ.v.fiant pillule ⁊ administrētur.

¶ Iste pilule sunt ille quas nostri doctores laudant:supra posita fuit vna alia descriptio ex auc.eiusdem : sed nō sunt ita laudate.Armel vero scriptū sine litera h fm Mat.silua.est tertū genᵒ rute:sed harmel cū h.est cicuta sed falso:nā harmel tam cū h.q̄ sine h.adē importat vt dictū fuit supra:de forma ipsius in cōfectione pillularum aggregati.maiorum apparebit.

¶ Folū id est malabatrū loco eius a modernis multis macis ponitur aut spica nardi.

¶ Centaurea f.centaurea minor. sunt cū due species fm Me.maior.inter q̄s distinguūt ꝓprietates note electio.minor melior est in omni re:cuius flores ⁊ cura colore hsit citrinū palcare et melior pars plante sunt flores ⁊ semina ipsius ⁊ melius tempus collectionis ipsius est principium estatis.

Pillule de bdelio maiores. ℞.bdelij.ʒ.xij. ameos.ʒ.iij.chebulo. indo.belleri.embli.venarū adu.charabe añ.ʒ.ij.ʒ.infundat bdeliū in suc.porri.⁊ fac pill'.in modū ciceris.

¶ Iste pillule sunt ille quibᵒ cōiter vtimur.dicunt autē maiores ad differentiā minorū:eo q̄ plura simplicia ingrediant.idē habet vnā descriptionem:⁊ sunt ex inuētione sua:⁊ hec sunt apud.quosdā in vsu .Jo.Serap.in suo antido.hz tres descriptiones:sed nō sunt in vsu.Rasis in.ix.alman.in cap.de emorroidib⁹ ⁊ fistulis ⁊ ragadiis q̄ in ano fiunt hz vnā descriptionē.sed idē non est.

¶ Bdelij.ū fm Pliniū in britania nascit cuius arbor est nigra magnitudine olee folijs arboris ⁊c.Diascori.autem in armenia illud nasci dicit ⁊ laudat illud quod lucidum est.⁊ subalbidum lene qualiter cereum et quod facile molitur ⁊c.Auicen.distinguit inter indaicū ⁊ mechium ⁊ dicit q̄ ambo sunt ex palmis silucstribus.laudat aūt illā speciem que est clara ⁊ amari saporis : ⁊ est munda a lignis:et est facilis resolutionis boni odoris: cuius fumᵒ hz odorē picis.⁊ cū antiquat bdeliū indaicū egredit a lenificatione ad exiccationē.Dinᵒ florē . in lib.secūdo in.c.de cura scrofularū ait.almugath.i.bdellium qd falsum est.nā almugat siue mugath est radix granati silucstris de qua Aui.in.ij.cañ.speciale facit.c. et redarguit:sed male eos qui dicunt q̄ est radix granati silucstris.

¶ Venarū adustarū.notandū q̄ vena per varias intētiones accipitur.de qua Gentilis in.iij.cano.super cap. de canonibus generalibus curationis egritudinū oculorum inquit q̄ vena aliquādo accipitur pro vena tinctorū.i.rubea tinctorū:aliquādo pro vena celidonie:aliquādo pro mineralibus terre : aliquādo sumitur vena pro vermibus terrestribus.alij vero per venas intelligūt radices feniculi ⁊ petroselini ⁊c.sed in isto loco per venam aliud intelligitur:est eni litera corrupta:nam debet dicere auellanarum adustarū sicut testatur Matt. siluati.in litera vena.vbi sic ait. Vena est radix plantarum vel vena corporis.verum est q̄ in antidotario damasceni.id.est Mesue in receptione pillularū de bdelio ponitur venarum adustarum.quod contingit ex errore scriptoris:quia debet dicere auellanarum adustarum que omnibus note sunt:lumen apothecariorū dicit qd debet dicere veneriarū adustarū.i.radicū acori:sed hoc falsum est:vt patet ex sententia Matthei siluati qui alterius est autoritatis q̄ istud fuscum lumen:vel adhuc verius tenebra.

Pillule de bdellio ex inuētione nostra. ℞. mirab.nigrorū embli.bellericorum añ.ʒ.v. bdellij.ʒ.x.scorie ferri seis porri:añ.iij.corali adusti.karabe cōcule aduste añ.ʒ.j.ʒ.margaritarū.ʒ.ʒ.cōfice cum aqua porri.

¶ Has pillulas habemus in vsu:sed nō tām vt maiores: corallus fm Ꝗ ias.arbor est que in fundo maris nascit. qñ autē simpliciter reperit corallus de rubeo intelligit: modus aūt adustionis ipsi⁹ talis est.opz q̄ teranf grosso mō:⁊ ponanf in olla terrea ⁊ ponanf in furno per noctem.si bene cōburit bene est:si nō iterū ponātur donec comburantur.et melior corallus est qui est vere rubedinis ⁊ qui nulla aut pauca foramina habet.

Pillule de colocintida. ℞.colocintide.ʒ.vj. mirab.nigrox citrinox.serapini.bdellij sarcocolle añ.ʒ.vij.nigelle cimini.carmeni origani.perfici.nasturcij albi.salis gemme.viscī romani ana.ʒ.j.infunde gummas in aqua porri.et fac cum ceteris pillulas.

¶ Has pillulas habemus in vsu:sed nō multū.Colloquintida fm intentionē Mesue est fel terre.fm Jo intentionē Isido fel terre ꝓprie est centaurea.Idē sentit Simon ianuē.Circa instans aūt ait:colocintida pomū est cuiusdā fructus in trāsmarinis partibus nascētis circa regionē hieru salē ⁊ cucurbita alexādrina vr:⁊ nota qd tam pomū q̄ fructus dicitur colocintida.

¶ Nasturtiū albū.i.nasturtiū babylonicū. Auicē.in.v. canon.in metridato inquit alsceis i.nasturtiū babyloni cum.⁊ fm Mat est nasturtiū orientale:de eo dictum supra in confectione metridati.

¶ Viscū romanū.i.glutē romanū:⁊ glutē romanū apū Sera.est mastix.Auicē.mastix alius est romanus albᵒ et alius est nabathi ad nigredinez declinans:et melior est ille qui est albus mūdus et magnus.

Pillule de oppoponaco. ℞. oppoponaci. bermodactili.serapini.bdelij armoniaci.coloquintide añ.ʒ.v.croci castorei mirre zinziberis.piperis.macropiperis cassie mirabo. citrinorū indorū.bellericox emblicox añ.ʒ. j.scamonee.ʒ.ij.turbith.ʒ.iiij.aloes.ʒ.xij.infundatur gummi in aqua caulium.et fiant ex eis pillule.

¶ Has pillu.habemus in vsu.maxime fm istā descrip. ipse in ca.de paralesi hz vnā aliā descriptio sed nō est eadem.⁊ Aui.in.v.cano.habet aliā:et est eadem.

